EXUVIAE SACRAE

CONSTANTINOPOLITANAE

II

Paris: *Ernest Leroux*, **18, rue Bonaparte.**
Leipzig: *Otto Harassowitz.*

EXUVIÆ
sacræ constantinopolitanæ

FASCICULUS
documentorum ecclesiasticorum, ad byzantina lipsana in Occidentem sæculo XIII° translata, spectantium,

&

HISTORIAM QUARTI BELLI SACRI
imperijq; gallo-græci
illustrantium.

II

GENEVAE
M.D.CCC.LXXVIII
mense maij

CONSPECTUS TOMI II

* * *

II

DOCUMENTA LITURGICA

A

LECTIONES

AD OFFICIA TRANSLATIONUM ANNIVERSARIA PERTINENTES.

I

LECTIONES E DOCUMENTIS DEPERDITIS EXCERPTAE.

1°

Lectiones Andegavenses.

In festo Receptionis brachii S. Mauricii martyris, d. ij decembris.[1]

ANNO salutis MCCIII, cum magna classe Franci, cum Venetis iuncto federe, ad sacrum bellum proficiscerentur, romano pontifice Innocentio III per legatos instante, ut occasione expeditionis Hierosolymitane, Greci, qui pridem ab ecclesia romana defecerant, ad officium vocarentur, eo ducta classe, Alexius Angelus, Isaaci filius, in imperium cum patre ea conditione restituitur, ut greca ecclesia deinceps in romane sedis obsequio permaneret.

1 *AA. SS. Boll.*, Sept. VI, p. 387.

1203-1204 Sed eo, fraude Alexij Duce, cognomento Murzufli, intra sextum mensem sublato, & universa civitate conditionem federis detrectante, Constantinopolis, acri obsidione expugnata, in Latinorum potestatem venit, eique impositus imperator Balduinus, qui, sublato schismate, orientalem ecclesiam sancte romane sedis auctoritati subiecit. Capta urbe, cum archiepiscopi Philippensis, qui patria Rothomagensis erat, pietati concessum foret, ut complures sanctorum ibi conditorum reliquias acciperet, inventum in iis *brachium* gloriosissimi martyris *Mauricij* pre ceteris magno in honore habuit, atque Andegavensi ecclesie dono dedit. Sacrum pignus magno omnium ordinum concursu & veneratione in ecclesiam exceptum
2 dec. est, eiusque sacrario illatum iv nonas decembris, atque ex eo tempore cepta est quotannis eo die celebrari solemni ritu memoria receptionis sacratissimi huius brachij, in qua regi martyrum Christo pro tanto beneficio exsolvuntur gratiarum actiones.

2°

Lectiones Bergenses.

In festo Coronæ spineæ (Tornkronmessa), d. ix novembris.[1]

I. Regnante in monarchia Norvegie illustri rege Magno quarto, quem Pater misericordiarum large devotionis benedictione preveneratt, requiem dedit ei de inimicis; non solum ad circumiacentes provincias, verum etiam in longinquas fama bonitatis eius ac devotionis percrebuit.

II. Congratulans in Domino eius fame & devotioni, Philippus rex Francie, filius Ludovici regis, deliberavit secum, instinctu Spiritus Sancti, quid dignum offerret fraternitati regie ad devotionis affectum ampliandum. Accidit, Deo disponente, quod de concilio generali Lug-

1 E *breviario Nidrosiensi* (Paris., 1519, in-8°, ad diem), a Thormodio Torfeo in *Historia Norvegiæ*, IV, pp. 359-360, editæ.

dunis celebrato, fub domino papa Gregorio decimo, vir Deo devotus 1274
dominus Iohannes, archiepifcopus regni Norvegie, cum nunciis dicti regis Magni, ad fines fuos repatriandi gratia, Parifius tranfitum habuiffent.

III. Quo comperto, computans hoc rex Philippus nutu Dei factum, propofitum conceptum adimplevit. Inito cum quibufdam ex difcretioribus confilio, *particulam unam ex fpinea corona Domini* fecit in fui prefentia per virum religiofum fecari, & in chriftallo tranfparenti locari, quod chriftallum forma angeli opere argentario venufto decore fabrefacti inter manus tenere videtur.

IV. Imitatus eft in hoc artificio angeli corone reliquias tenentis, rex Deo devotus doctrinam evangelicam, Dominice paffionis infignia angelico minifterio cunctorum tunc afpectui prefentando; cum venerit filius hominis cum angelis fuis in maieftate, tunc apparebit fignum Filij hominis, id eft, crucis Chrifti, cum fuis infignibus, lucentior radiis folis.

V. Acta funt hec Parifiis ad honorem Domini noftri Iefu Chrifti & memoriam paffionis eius, anno ab incarnatione Domini ducentefimo feptuagefimo quarto, in die fancti Nicolai confefforis & pontificis, in curia regis, ipfo prefente. Hic eft dies, in qua veneratio Do- 30 fept.
minice paffionis, crucis, corone ac omnium reliquiarum, quarum ibidem preclara & felix copia eft, folenni officio ac indulgentia peccatorum locum illum ipfo die freqüentantium celebratur.

VI. Cum autem predicte reliquie ad civitatem Bergenfem veniffent, (4 nov.)
in ecclefia cathedrali reponuntur, poftea ad ecclefiam duodecim Apoftolorum proceffionaliter funt delate: fed cum, propter nimiam intemperiem aeris pluvieque inundantiam, tranflatio illa bono modo fieri non poffet, illucefcente fexta feria, quinta die ab illa, qua primo Ber- (9 nov.)
gis venerant, ferenitas & tranquillitas aeris rediit; & fic reliquie funt reverenter collocate, Deo fic difponente, qui in fexta feria pro nobis coronatus & crucifixus eft.

VII. Cum autem requifitum fuiffet pro fignando in kalendario tranflationis huius die,[1] compertum eft, quod ipfo die habetur memoria illius preclari miraculi, quod non longe ab Antiochia apud civitatem Berittum contigit, de iconia, in qua Dominice paffionis opprobria per Iudeos renovata funt, ut ex cronicis haberi poteft, anno Domini feptingentefimo quinquagefimo.

VIII. Et quia miraculum iftud in multis ecclefiis, etiam Rome, in ecclefia Sancti Salvatoris recolitur: Chrifto enim odibiles Iudei, quorum multitudo copiofa in Beritto fuit, propter ftudium legis Mofayce, quod ibi vigebat, quandam iconiam paffionis Dominice in domo quadam vicina fcolis eorum, a quodam chriftiano neglectam, invenerunt, quam, primo pedibus in deteftationem crucifixi conculcantes, cuncta in ea Dominice paffionis obprobria iteraverunt.

1 Diem (*Brev. Nidr.*).

IX. Cumque ventum esset, secundum ordinem obprobriorum Christi, ut latus lancea perforarent, confestim ex latere sanguis & aqua ubertim profluxit, & suppositam per eos ampullam implevit, que, Rome in ecclesia Sancti Salvatoris a Iudeis conversis ad fidem per istud miraculum, cum isto sanguine, tradita, hodierna die conservatur, & solenne festum in memoriam Dominice passionis, ac in huius miraculi venerationem, quinto idus novembris agitur.

3°

Lectiones Bortenses.

In festo SUSCEPTIONIS CORPORIS S. GERMANI CONSTANTINOPOLITANI,[1] d. v^a iulij.

IV. Dominus Deus, cuius admirabile nomen est in omni terra, sibi complacuit in urbe Bortensi, eique sacra sanctorum Germani & Remedij presidia providit. Cum enim civitas Constantinopolis, ingentium facinorum atrocitate & longi schismatis impietate, divinam vindictam provocaret, eidem Domino, in cuius conspectu pretiosa est mors sanctorum eius, placuit ut de profana urbe, sanctorum lipsana & celestes reliquiarum thesauri in regionem sanctiorem transferrentur.

V. Igitur de urbe, brevi a Turcis diripienda, deque Iudea universa, nutu divino, multa sanctorum corpora in Franciam traducta sunt. Post recuperatam enim a Francis singulari fortitudine & generosi sanguinis impendio Terram Sanctam, quam Dominus Iesus sua presentia & sanguine olim consecrarat, cum etiam de suis principibus Balduinum imperatorem Constantinopoli constituissent, quasi digna sue militie stipendia & premia, Deo volente, sanctorum reliquias elegerunt, & tam dignis exuviis onusti, triumphantes in patriam gloriose

1 In *AA. SS. Boll.*, mai III, p. 678, editæ.

funt reverfi, & demum, tam preclaris fue pietatis & beatitudinis fervorum Dei tropheis, plurima loca felecta exornarunt.

VI. Divus Germanus, Conftantinopolis olim patriarcha fanctiffimus, facrarum imaginum defenfor egregius, beatiffime Deipare cultor precipuus, dum in Galliam traducitur, nobilis viri pietate ftudioque laudabili, ipfi fancto patriarche, divino confilio, divus Remedius, olim Wapingi in Delfinatu preful eximie fanctitatis, in tranfitu comes adiungitur. Cumque veneranda tam fanctorum antiftitum offa, per Bortenfem urbem traiicerentur (benedictio Deo celi & fanctis eius!) ecclefia Bortenfis bafilice pre ceteris in facrarium ff. Germani & Remedij & domicilium delecta eft in fempiternum.

VII. Pernoctaverat apud Bortenfes ductor reliquiarum bb. Germani & Remedij, & iam prima luce ultra pontem ad aliquot ftadia facrum onus traduxerat; ecce faufto Bortenfibus prodigio, herere iumentum reliquiis onuftum. Hic ductor urget, fed vano conatu : quis enim divine refiftat voluntati ? Exoneratur iumentum, inque faxo, prefente ad miraculi famam nobilitate, reliquiarum arca deponitur; nihilo tamen fecius in eodem immoto veftigio heret animal. Denique ductori, precibus Numen folicitanti, divine revelationis lucet radius, Deum fcilicet velle ut in templo Bortenfi, ritu Chriftiano, colende fanctorum Germani & Remedij reliquie deponantur.

VIII. Meftus hic quidem & folicitus impenfe reliquiarum iactura ductor, fe tamen divine voluntatis indicio confolans, mittit ex illis qui monafterij Bortenfis priorem moneat prodigij. Prior accurrit, & prefentis miraculi fpecie obftupefcens, Deum in fuis fanctis mirabilem adorat : abitque protinus in templum, cum pompa chriftiane fupplicationis & magno devoti populi cle-

-rique comitatu rediturus, ut reliquie cum cantibus & dignis honoribus deferantur.

IX. Reversus igitur ad reliquias prior, cum magno christianorum cetu, quem fama late dissipata exciverat, post preces sanctum reliquiarum onus de saxo facillime sublevat; iumentum autem paulo ante immobile, priorem repente ingrediendi facultatem recipit, ipso mirante letoque ductore. Religiosa vero pompa pioque triumpho elate, bb. Germani & Remedij reliquie, ad maximum altare deponuntur, & precibus, votis, muneribusque oblatis culte, plurima vicissim refundunt in suos cultores beneficia: crebrisque constat miraculis, quod hec domus Dei est, & porta celi, atque deinceps huius translationis memoria semper anniversaria solennitate celebrata est.

4°

Lectiones S. Petri Insulensis.

In festo Oblationis S. Crucis, d. xvj^a iulij.[1]

IV. Cum basilicam Sancti Petri a Balduino Insulensi, Flandrie comite, eximie fundatam seculo undecimo, omnes post illum, tum reges Francorum piissimi, tum Flandrie comites, singulari affectu & benevolentia prosecuti fuerint, nihil ipsis fuit antiquius quam variis muneribus ipsam certatim augere. Hinc alij prediis regalis munificentie basilicam ditarunt: multi sacra martyrum & aliorum sanctorum pignora in capsis & feretris mirum in modum constructis & ornatis, ad ornamentum templi, & pietatem augendam, concesserunt. Que quidem omnia diversis temporibus capitulo oblata, splendorem maxi-

1 A dom. Rohaut de Fleury (*Mémoire sur les Instruments de la Passion*, Paris, 1870, in-4, p. 349) iampridem editæ.

mum & decus collegio Sancti Petri addiderunt. Unum tamen celebri basilice deerat, pretiosum scilicet sancte crucis lignum in quo salus nostra pependit, & cui affixum fuit chirographum illud decreti quod erat contrarium nobis.

V. Votis non defuit Deus omnipotens: nam urbe 1204
Constantinopolitana capta, labefactato Grecorum imperio, Balduinus, Flandrie comes, a victoribus latinis imperator renuntiatus, summa rerum & solio potitus est. Immensus erat in urbe direpta sacrarum reliquiarum thesaurus. Haud exiguam *partem ligni sancte crucis* obtinuit Walterus de Curtraco, Balduini imperatoris cancellarius. Egregius itaque vir, pio imperatore a Bulgaris non impie minus quam fede & crudeliter trucidato, in patriam redux, pretiosum illud redemptionis nostre pignus obtulit capitulo; ab eo qua par erat reverentia receptum fuit & asservatum, & ad perennem rei memoriam in diptycis ecclesie benefactoris nomen consecratum fuit.

VI. Venerandum itaque sancte crucis lignum, in pretiosa theca fabrili arte, auro, gemmis, pretiosisque lapidibus & margaritis contecta & instructa, appositum fuit; quod in solemnioribus festis pluries in anno, pie omnium venerationi, nec sine creberrimo concursu, fidelium osculis offertur. Nec fuit satis, in maioribus anni festis, usque diebus Inventioni & Exaltationi sancte crucis peculiariter dicatis, publicum obsequium & cultum signo Filij hominis prestare: singulare festum Oblationis sancte crucis in basilica nostra, ipso susceptionis die, a capitulo institutum est, & quotannis ritu duplici celebratum. Pro coronide tam pij operis, & ad extollendum sancte crucis cultum, dominus Ioannes Le Batteur, thesaurarius & canonicus huius ecclesie, capellaniam sub invocatione sancte crucis proprio ære fundavit.

5°

Lectiones Longipratenses.

In festo Reliquiarum ab Allelmo de Fontanis allatarum, d. iv augusti.[1]

[*Status & modus fundationis & susceptionis sanctarum reliquiarum ecclesie de Longoprato supra Summam.*] (A) f. 1 r°

1190 I. Anno incarnati verbi Domini millesimo centesimo nonagesimo, regnante piissimo Francorum rege Philippo, metropolitane sedis Remensis antistite eiusdem gloriosi regis avunculo Guillermo, sub venerabili patre Theobaldo, Ambianensi episcopo, & illustri viro comite Pontivi Iohanne : claruit apud Longum vir bene catolicus, miles egregius, genere nobilis, sed pietate nobilior, prestanti[2] corpore, iocundo aspectu & eleganti facie, statura procerus,[3] in militaribus negociis prudens & strenuus, Allelmus de Fontanis.[4] Cuius ut imitemur temperantiam,

DE L'ÉGLISE COLLÉGIALE DE NOTRE-DAME DE LONG-PRÉ AUX CORPS-SAINTS, ET DE LA RÉCEPTION DES SAINTES RELIQUES QUI SONT DANS LADITE ÉGLISE.

[P. Ignace-Joseph de Jesus-Maria, *Histoire ecclés. d'Abbeville* (Paris, 1646, in-4), ch. LXXIX, pp. 407-412.][5]

L'An de Nostre Seigneur 1190, *du regne du Roy de France Philippe Auguste, Guillaume son oncle maternel estant Archevesque de Reims, Thibaut, Evesque d'Amiens, & très-illustre seigneur Jean Comte de Pontieu :*

1 E quodam codice (A), s. XV exarato, in bibl. clar. dom. Garnier, Ambianensis, asservato, & ab eodem liberalissime præstito, quem cum cod. ms. (B) bibl. nat. Paris. (Baluz. Arm. II, paq. 1, n° 1, f. 213 & s.), de quo vide præfationem, contulimus. — 2 Prestantique (A).

3 Protervus (B); — 4 Fontaines (A). — 5 Quinquies postea typis mandatum : *a*) P. Ignace, *Hist. des comtes de Pontieu* (Paris, 1657, in-f°), pp. 105-107 (extr.); *b*) *Récit de la fondation de l'Eglise de Long-pré* (Amiens, 1655, 1699, 1731; Abbeville, 1818).

temperantius quam veritas habet, eius preconia recen- 1190
ſemus. Uxor vero eius admodum generoſa, incliti principis filia Bernardi de Sancto Walerico, Loreta fuit,[1] coniux laudabilis ſed felix vidua, que[2] ad viri ſui laudes & animos
(A) f. 1 r° magnanimitate ſua plurimum creditur addidiſſe. Hec ſobolem ſuam, quam mundo pepererat, Chriſto parturire non ceſſabat, orationibus vero ſemper intenta,[3] in decore domus quam dilexit[4] diligenter officioſa, fidei domeſticos altaris miniſtros, Chriſti cubicularios, tanquam propria diligens viſcera; infirmis autem[5] compatiens & egenis, ut infirmitatibus pauperum ſubveniret, quos venalis[6] phiſica contempnebat, didicit medicinam; ſex operibus miſericordie que memorantur[7] in evangelio & ſeptimo Tobie, octavum addidit quos paſcebat infirmos curare, que, ſicut animi virtute non erat[8] inferior, ſic barbata facie ſe ipſam exibuit virum.

II. Cum igitur terra promiſſionis, peccatis exigentibus occulto Dei iudicio, in manus gentilium data eſſet, predictus Allelmus,[9] vir inclitus, ad ſubſidium Terre Sancte

floriſſait en ce temps-là un très-noble & très-vaillant chevalier nommé Aleaume de Fontaines, homme d'un port majeſtueux, adroit aux armes, & ſur tout recommandable pour ſa piété. Sa femme, nommée Lorette, eſtoit fille du très-noble ſeigneur Bertrand de Saint-Walery, laquelle ne fut pas moins heureuſe en ſon veſvage, qu'elle avoit eſté louable en ſon mariage; & par ſes grandes vertus encherit encore par deſſus les perfections de ſon mary. Elle ne ceſſoit d'offrir tous les jours ſpirituellement à N. S. ſes enfans. Touſiours occupée à l'oraiſon & zelée de l'honneur de la maiſon de Dieu, elle employoit diligemment ſon induſtrie à enrichir & orner les egliſes. Elle aymoit comme ſes propres parens, les ſerviteurs de Jeſus-Chriſt.
p. 408 *Les afflictions des pauvres malades luy eſtoient ſi ſenſibles, qu'elle apprit la medecine pour ſubvenir à ceux qui eſtoient delaiſſez.*

Dieu ayant pour lors, par un iuſte chaſtiment deub aux pechez de ſon peuple, livré la Terre Sainte en la puiſſance des Infidèles; & le ſei-

1 Fuit *d. in* (A); — 2 que *d. in* (A); — 3 orari Deum intenta (B); — 4 domus Dei (B). 5 Autem *d. in* (B); — 6 venerabilis (A); — 7 numerantur (B); — 8 ibat (B); — 9 Allelmus *d. in* (B).

1190 triumphale signum crucis propriis affixit humeris, ut passiones passionibus & crucem rependeret cruci, quatinus similitudini mortis Christi complantatus, simul &[1] resurrectionis ipsius particeps effici mereretur. Salubri itaque[2] functus est consilio, & crebra uxoris solicitatione commonitus, ut peccata condignis[3] prius redimeret eleemosinis, &[4] in fundo proprio construeret & dotaret ecclesiam, ut, orationum[5] suffragante patrocinio, delictorum suorum maculas expiaret. Affuit ut parentum devotioni non indevota soboles, sed[6] felici commercio terrenam hereditatem pro celesti commutare consensit; licet autem villa Longiprati temporibus illis arcta satis esset & modica, aridaque nimis, nec multis commoditatibus clericis accommoda, rarusque in ea esset habitator, idemque rudis, pecualis & brutus, non sine divino nutu, occulta quadam consideratione, predictus vir nobilis & uxor eius ibidem locum suo deputantes proposito, in honore sancte & gloriose Dei genitricis & perpetue virginis Marie, ac eius gloriose Assumptionis[7] construxerunt ecclesiam, & de suo dotaverunt patrimonio, dotemque & spiritua- (A) f. 2 r°

gneur Aleaume son espoux voulant contribuer au recouvrement de ladite Terre, prit la Croisade (Ordre des Chevaliers ainsi appellez) afin d'offrir à Dieu croix pour croix, & passion pour passion; & que se mortifiant aussi à l'imitation de Nostre Sauveur, il peust enfin ressusciter avec luy. Il prend donc cette bonne & salutaire résolution, à laquelle sa femme l'invitant à racheter premièrement ses pechez par aumosnes, & sur tout l'incitant de fonder une Eglise, & la doter de ses biens, pour la remission de ses fautes: leurs pieux desseins furent secondez par la devotion de leurs enfans, qui consentirent très volontiers à l'heureux eschange des biens de la terre, pour la possession eternelle du Ciel. Or combien que le bourg de Long-pré fust pour lors d'assez petite estenduë, peu suffisant d'entretenir gens d'Eglise, & habité par des personnes rustiques & grossieres, ils choisirent neantmoins, par une divine inspiration, un lieu pour executer leur entreprise, y bastirent & doterent une

1 Similis ei (A); — 2 quoque (B); — 3 condictis (A); — 4 ut (A). 5 Orantium (B); — 6 & (B); — 7 ac ... Assumptionis *d. in* (B).

lem[1] eiusdem ecclesie[2] morem & institutionem, non so- 1190
lum suo autem autentico, sed etiam scripto venerabilis
patris Theobaldi, qui tunc Ambianensi sedi[3] presidebat,
annotari simul[4] & confirmari fecerunt. In qua quidem
(A) f. 2 r° ecclesia, ad serviendum Deo & gloriose virgini Marie
primo presbyterum unum instituerunt, cui de redditibus
& de sibi datis victum & reliqua vite necessaria providere
curaverunt.

III. His itaque[5] gestis, memoratus Allelmus, [cum 1203-1204
Francorum exercitus militare desiderans, crucis imposuit
super [se] signum, &, postquam ex illa Blachentium
Cumanorum[que] famosa victoria, Balduinus imperator
miserabiliter in eorum manus inciderat, Domino permittente,
cum iam per menses quindecim de morte seu
vita ipsius nulla fuisset reddita certitudo, & Henricus,
frater eius, penes quem interim summa rerum gerendarum
remanserat, adeptus fuisset culmen imperij, quidam
de Francis qui cum exercitu ab initio venerant, repatriare
volebant];[6] sed ille Allelmus, Christi miles preclarus,[7]
iter peregrinationis arripiens, ad terram pro-

Eglise en l'honneur de Dieu, sous le nom de la tres-sainte & tres-pure Vierge Marie, & de sa glorieuse Assomption. Et pour rendre la fondation & speciale institution de cette Eglise plus authentique, & mieux receüe, ils la firent approuver, & confirmer par Thibault, Evesque d'Amiens. Ils y instituerent premierement un Chappellain, auquel ils assignerent de quoy l'entretenir de tout ce qui luy estoit necessaire.

Cela fait, Aleaume desirant combattre en l'armée des François, se chargea du signe de la croix. Et après qu'en cette fameuse victoire remportée par les Blaches & Cumains (dits Tartares) sur les Latins, devant Andrinople, l'Empereur Baudouin fust malheureusement tombé entre les mains des ennemis, y ayant desia quinze mois qu'on doutoit s'il estoit mort ou vif, & que Henry son frère, qui cependant avoit manié l'Estat, estoit enfin arrivé à la Couronne, quelques-uns des François qui avoient dès le commencement suivy l'armée,

1 Specialem (A); — 2 eiusdemque morem (A); — 3 dioceſi (B); — 4 simul *d. in* (B). 5 Ita (B); — 6 *v. supra* tom. I, p. 36; — 7 memoratus... preclarus *d. in* (B).

1205 missionis feliciter pervenit, ibique Christo militans, ce- (A) f. 3 r°
terisque festinantibus ad reditum, indignum se[1] iudicans imperfecto redire negocio, Terre Sancte factus accola, usque ad dominice incarnationis millesimum ducentesimum quintum, in quo Grecorum Dominus contrivisset superbiam, & in manus Latinorum capta Constantinopoli Grecorum dedisset imperium,[2] multis ibidemque gestis preclare & strenue, antequam[3] diem clauderet[4] extremum, sacrasque & venerabiles sanctorum[5] reliquias quas pia sollicitudine utpote omnibus caras perquisiverat, de civitate Constantinopoli memorata, per sacerdotem quemdam capellanum suum, Vilbertum nomine, ad ecclesiam suam Longiprati predictam,[6] quasi sub testamenti serie delegavit; qui quidem postmodum, ut Christi bonus miles, ibidem beato fine quievit.

IV. Successit autem[7] viro dulcis memorie filius eius primogenitus Hugo, paterne virtutis & prudentie[8] heres non degener: sed & devotionis successor verus, nam

voulurent retourner en leur pays : mais Aleaume entreprenant allegrement le voyage, arriva heureusement en la Terre Sainte, où bataillant coura- p. 409
geusement pour le party de Dieu, & voyant les autres ne respirer que l'air de leur pays, estimant une chose indigne de s'en retourner sans avoir conduit à fin son entreprise, se resolut de demeurer là où il fut jusques à l'an de notre salut 1205, *en laquelle année Dieu ayant abaissé l'orgueil des Grecs, & apres la prise de Constantinople, transporté leur empire en la puissance des Latins, s'y estant ledit Aleaume vaillamment comporté en plusieurs rencontres, avant que mourir envoya de la ville de Constantinople, comme par testament, à son Eglise de Long-pré, par son Aumosnier nommé Wlbert, les saintes Reliques qu'il avoit avec une pieuse diligence recherchées, & receües de plusieurs, pour ce qu'il estoit bien voulu de tous ; & peu apres, comme un bon soldat de Jesus-Christ, en finissant sa vie, finit aussi ses glorieux travaux.*

Hugues son fils luy succeda, qui ne degenera en rien de la vertu pa-

1 Se *d. in* (B); — 2 accola... imperium *d. in* (B); — 3 antequam *d. in* (B); — 4 clausit (B).

5 Sanctorum *d. in* (A); — 6 de civitate... predictam *d. in* (B); — 7 autem *d. in* (A); — 8 potentie (B).

(A) f. 3 v° prefatam ecclesiam fovit consiliis, ampliavit beneficiis 1205
& patrocinio[1] roboravit, ut pater tantum iecisse[2] semina, ipse vero perfectionis maturitatem videatur addidisse. Prefata[3] vero Loreta, tanto viduata coniuge,[4] sexagesimum viduitatis fructum in trigesimum declinare non statuit: sed vidua perseverans Christum elegit[5] sibi sponsum, & ecclesiam suam tenellam adhuc & parvulam adhuc, tanquam filiam materno dilexit affectu, & eius promocioni tanquam apis argumentosa deserviens, relictisque castris dotalibus, apud eam electa mansione,[6] eidem assidere studuit una cum filia sua[7] Maria; que quidem filia viduitatis[8] comes extitit indivisa, exactis cum viro suo annis paucis a virginitate sua, ieiuniis & observationibus[9] vacans, die ac nocte non descendebat de templo, sed suum sexagesimum fructum virginitatis centesimo virtutum meritis contendebat adequare. Igitur mater & filius Hugo predictus ad dicte ecclesie incrementum[10] pari voto conspi-

ternelle, mais fut aussi vray successeur de sa piété, comme legitime heritier de sa maison: car il maintint ladite Eglise par son conseil, l'augmenta de rentes, & defendit ses droicts, comme si le père n'en eust que jetté les fondemens, & le fils y eust mis la dernière main. Ladite Dame Lorette se voyant privée d'un tel mary, se resolu aussi de ne laisser perdre le fruict du merite dont son vesvage luy presentoit l'occasion: mais demeurant en cet estat, choisit Jesus-Christ pour son Espoux, cherissant tousjours tendrement sa nouvelle Eglise, l'élevant d'un soin vrayement maternel, & comme l'abeille industrieusement attentive à son labeur, laissant toutes ses autres occupations, mit toute son estude à l'advancement de son Eglise de Long-pré, & quitta maisons & chasteaux pour y faire sa demeure avec sa fille nommée Marie, laquelle l'accompagna tousjours en son vesvage. Depuis elle demeuroit en jeusnes & oraisons tout le temps en l'Eglise; & non contente du fruict qu'elle pouvoit esperer du merite de sa viduité, elle s'efforçoit encore de l'accroistre par la pratique

1 Patrimonio (B); — 2 fecisse (B); — 3 predicta (B); — 4 coniugio (A); — 5 eligens (B); — 6 electam mansioni (A).

7 Sua *d. in* (A); — 8 que viduitatis eius (B); — 9 obsecrationibus (B); — 10 crementui (B).

rantes, prime prebende duas alias, collatis redditibus, addiderunt.[1]

V. [Parato itaque navigio, & valedicens Vilbertus ma- (A) f. 4 r°
1206 gistro & fratribus, mare cum ceteris introivit & infra
(31 oct.) mensem, Deo annuente, Venetiis appulerunt. Sed prius, dum per partes Acaye pertransissent, quasi divino ora-
4 sept. culo sol in eclypsim vertitur, & fuit nubes tenebrosa illuminans noctem, ne ab adversariis desiderabili thesauro destituerentur. Qui, cum terram Lombardorum & asperitates montium evasissent, capti sunt in pago [qui] Raymberti dicitur; ubi cum eorum essent sarcinulas scrutaturi predones, se & sua quadam summa pecunie redemerunt. Condixerant enim intra se tota societas ut, postquam terram pacificam attigissent, quilibet iuratus quicquid haberet, proferret in medium, ut exigeretur a singulis pro suorum valore: nisi quia inter eos erat quidam nuncius imperatoris Henrici, qui sanctuaria innumera e parte domini sui Flandriam deferebat, nec ad id nullatenus, nisi exceptis sanctuariis, se voluit obligare.][2]

des vertus. Ainsi la mère & son fils Hugues adjousterent encore de plus deux Prebendes à la premiere, avec suffisans revenus.

Cependant le Chappellain Wlbert, apres avoir pris congé de son maistre & de ses confrères, s'embarque avec d'autres, & en moins d'un mois ar- p. 410
rivent à Venise : mais auparavant comme ils passoient par l'Achaie, le soleil s'eclypsa miraculeusement, dont le défaut fut reparé par une claire nuée, de peur qu'ils ne fussent dévalisez d'un si précieux trésor. Mais comme ils eurent traversé le pays des Lombards, & franchy la hauteur des montagnes, ils furent en fin pris à un village nommé S. Raymbaut, où voyant les voleurs sur le point de fouiller dedans leurs hardes, ils se racheterent avec leurs bagages pour une certaine somme d'argent : car ils avoient promis & juré entr'eux, que lors qu'ils seroient parvenus en lieu de sureté, chacun monstreroit tout ce qu'il avoit, pour se cottiser à proportion de la valeur. A quoy un certain messager de l'Empereur Henry, qui en leur compagnie ne s'estoit voulu accorder qu'en exceptant quelques cabinets qu'il portoit en Flandres de la part de son seigneur, ils eurent

1 *Hic explicit narratio in* (B); — 2 *V. supra* tom. I, pp. 41-43.

Conductus securitatem ubi decuit, per imperatoris mi- 1206
nistros habuerunt; protectos insuper divini muneris pretio nihil in via contrarium constristavit. Nulla denique eis intemperies aeris nocuit nec stilla pluvie cecidit super eos, licet, ipsis susceptis in hospitio, pluisset pluviis abondanter.

VI. Tandem dictus Vilbertus adveniens, prefatam ecclesiam Longiprati tantis ac sacrosanctis reliquiis divinitus illustravit, atque pannis & ornamentis sericis adornavit. Retulerat autem prefatus Vilbertus sigilla militis Christi, Allelmi, magistri sui, cum literis patentibus ad eius uxorem Loretam & filium eorum Hugonem (*cuius quidem capellani relatio nobis historie presentis seriem notam fecit*). Qui statim per nuncios miserunt ad venerabilem Ricardum, tunc Ambianensem episcopum, ut ad hoc tam magnum & admirabilem adventum ac nobile spectaculum venire dignaretur. Qui, cum talia audisset, accessit ad ecclesiam, vidensque & considerans rei adventum, tantumque sacrum de tam remotis partibus Constantinopolitanis partibus, nutu divino in diocesi sua
(A) f. 5 r° translatum, Domino gratias agens, hostias & oblationes devotas obtulit, & benedixit Dominum qui de tantis muneribus sacrisque reliquiis dignatus est visitare & con-

leur passe-port des gens de l'Empereur, avec une si seure sauve garde du Ciel, qu'il ne leur arriva depuis rien de contraire; ils ne furent incommodez d'aucune injure de l'air, encore qu'il pleust souvent aussi tost qu'ils estoient à couvert.

Finalement le Chappellain arrivé, il enrichit ladite Eglise de Long-pré, de ces saintes & precieuses Reliques, avec des ornemens de soye fort exquis. Il avoit apporté avec luy des lettres de la part dudit seigneur Aleaume son maistre, avec le cachet de ses armoiries, pour donner à Lorette & à son fils Hugues (desquelles lettres, & du recit dudit Chappellain, on a appris la presente relation), lesquels envoyerent en diligence vers Richard, lors Evesque d'Amiens, l'inviter a une si sainte & celebre reception, lequel voyant son diocese enrichy d'un si rare trésor, apporté de si loingtaines contrées, rendit actions de graces à Dieu, d'avoir ainsi libe-

1206 solari plebem & diocesim suam. Et intra se admirans & videns tantarum reliquiarum abundantiam, in humilitate ac pia devotione aliquam sibi particulam petiit elargiri, quam promisit in ecclesia sua matrice cum multa reverentia collocare. Qui ut petiit ita factum est, & in earum recompensationem, de suis quas penes se habebat reliquiis, benigne ecclesie nostre retribuit.

VII. Facta igitur collatione ipsarum reliquiarum cum literis & sigillis quibus erat vas earum signatum, invenerunt omnia esse vera. Quanta itaque devotione quantisque fletibus & suspiriis inspecta fuerint ab eodem venerabili patre, matreque & aliis circumspicientibus, vix perpendi potest. Qui de tanta visitatione exhilaritati, non divinis ingrati beneficiis, Deo & gloriose virgini, sanctisque quorum sacras reliquias retexerat ecclesia, oblationes devotas obtulerunt, ac in ea nonam iterum prebendam (A) f. 5 v°
formaverunt, quam dicto Vilberto contulerunt. Insuper & dicti Hugonis frater Isambardus, & Galterus, in hac sacra receptione, pro prebendis etiam novis formandis, & luminari ecclesie faciendo, donec duodecimus numerus prebendarum, qui sacer est numerus apostolicus formaretur, certos redditus eidem ecclesie contulerunt, &

ralement honoré son peuple de si precieux dons, & admirant l'abondance desdites reliques, supplia humblement qu'on luy en donnast quelque parcelle pour son Eglise Cathedrale; ce qui fut fait avec grande reverence, & en recompense il en donna de celles qu'il avoit à l'Eglise de Long-pré.

Apres avoir diligemment examiné le tout, & conferé le cachet des lettres avec celle du vaisseau où estoient encloses lesdites Reliques, on le trouva veritable. Ce que voyant ledit Prelat, Lorette & son fils, & autres presens, il ne se peut dire avec quelles larmes de joye ils temoignerent le ressentiment de leur devotion: & joyeux de cette visite, en recognoissance desdits p. 411.
benefices, firent des oblations à Dieu, à la Vierge & aux Saints desquels ils avoient receu les reliques en leur Eglise; & y fonderent derechef une autre prebende, qu'ils donnèrent audit Wlbert. De plus, Isambard & Gautier, frères dudit Hugues, donnerent certains revenus à ladite Eglise, tant pour l'entretenir de luminaires, que pour accomplir le nombre de douze Prebendes, nombre sacré & Apostolique; ce qu'ils firent encore ap-

non [ſolum] ſuo autentico, ſed & eiuſdem venerabilis 1206
patris Ricardi ſcripto, ac etiam ſummi pontificis Innocentij tertij, confirmari fecerunt; qui quidem ſummus pontifex eccleſiam & eius perſonas, cum omnibus bonis que in preſentiarum poſſidebat aut in futurum poterit adipiſci, ſub beati Petri & ſua protectione ſuſcepit ac etiam confirmavit.

VIII. Hiis itaque reliquiis ſacroſanctis in hac eccleſia ſolempniter ſuſceptis, exiit fama celebris & divulgatur, primum per loca vicina, deinde per civitates & villas. Concurrunt itaque omnes ad gaudium tanti adventus, videre deſiderantes cauſam felicitatis preſentium temporum, & totius patrie & regionis; omniumque voce laudatur & benedicitur Dominus in ſanctis & factis ſuis:
(A) f. 6 r° « Benedictus qui venit in honore Domini, cuius miſterio « patria & regnum Franchie tanti preſentia muneris exal« tatur & laudatur! » Facta autem hec tranſlatio harum reliquiarum, nutu divino a civitate & partibus Conſtantinopolitanis ad hanc eccleſiam Beate Marie de Longoprato, die quarta menſis auguſti, anno Domini milleſimo ducen- 4 aug.
teſimo ſexto, quo etiam *facies capitis precurſoris Domini*, beati Iohannis, allata fuit in eccleſia Ambianenſi ex eadem civitate Conſtantinopolitana, ac ſuſcepta ab ipſo venerabili patre Ricardo epiſcopo. Qua in re penſandum

prouver & confirmer tant par l'eſcrit dudit Richard Eveſque, que du Pape Innocent III, lequel prit les biens de ladite Egliſe, pour lors preſens, & à venir, avec les chanoines d'icelle, en ſa protection, & de ſaint Pierre & ſaint Paul.

La reception de ces ſaintes & ſacrées Reliques fut auſſi-toſt publiée par le bruit commun aux lieux circonvoiſins, & incontinent apres aux bourgs & villes plus éloignées. Tous accourent à la feſte d'une ſi joyeuſe arrivée, deſirans voir le ſujet du bonheur commun de tout le pays. Tous d'une voix louent & beniſſent Dieu en ſes Saints, & en ſes faits, diſans : « Beny « ſoit celuy qui eſt venu au nom du Seigneur. » Cette tranſlation de ces ſaintes Reliques de Conſtantinople à Notre-Dame de Long-pré fut le 4 jour d'Aouſt, l'an de grace 1206. Auquel an fut auſſi apporté de ladite ville de

1206 eſt quod & qualiter tunc plangit Conſtantinopolis & omnis Grecia ſpolia ſanctorum, quorum exaltabatur & gaudebat, de quibus hodie ditatur nobilis Franchia, & fit laudabilis preſens eccleſia.

IX. Stante itaque eodem venerabili patre Ricardo in eadem Longiprati eccleſia, ad inſtantiam patroni, ac deliberatione capituli, & eiuſdem epiſcopi conſilio, inſtitutum fuit ut, quoniam ipſa dies quarta auguſti ſemper occupatur in recolectione ſegetum & fructuum pro tem- (A) f. 6 r°
pore meſſis, fieret amodo ſolempnis commemoratio ſuſceptionis ſanctarum reliquiarum dominica proxima
29 aug. poſt feſtum decolationis beati Iohannis Baptiſte, ut populus libentius & plenius ad tantam ſolempnitatem conveniret, & ſi huiuſmodi feſtum decolationis dominica eveniret, ſequente dominica ſolempniter reformetur. In qua quidem ſolempnitate, a nonnullis reverendis in Chriſto patribus & dominis, legatis, penitentiariis, archiepiſcopis & epiſcopis, tam huius dioceſis quam in curia romana, temporibus retroactis, exiſtentibus, necnon & a ſanctiſſimo patre & domino noſtro Eugenio papa
[1434] quarto, huic eccleſie, tam in hac die quam per octavas & per curſum totius anni, conferuntur tria millia octinginti & triginta & quinque dies indulgentiarum annua-

Conſtantinople à Amiens, le chef du bienheureux Precurſeur ſaint Jean-Baptiſte, & receu par Richard Eveſque d'Amiens.

Par l'advis du Chapitre, & par le conſeil dudit Eveſque, il fut reſolu que la feſte de la Reception des ſuſdites Reliques ſeroit celebrée à l'advenir le premier Dimanche après la Decollation de ſaint Jean Baptiſte, afin que plus commodément, & en plus grand nombre le peuple peuſt venir à une telle ſolemnité (parce que ledit jour quatrieſme d'Aouſt eſt en une ſaiſon fort empeſchée à la recolte), & en cas que ledit jour de la Decollation de ſaint Jean ſe trouvaſt au Dimanche, que ladite feſte de la Reception ſeroit ſolemniſée le Dimanche ſuivant. A laquelle ſolemnité certains Legats, Archeveſques & Eveſques, tant reſidens en ce Dioceſe, que ceux qui paravant eſtoient en la Cour de Rome, & meſme noſtre ſaint Père le Pape Eugene IIII, ont donné à ladite Egliſe, tant en ce jour que durant l'octave,

tim, ut clarius & plenius patet per literas & bullas autenticas a predictis patribus & dominis huic ecclesie nostre transmissas. Eo itaque tempore bene catolicus & 1208
nobilis princeps Villermus, comes Pontivi & Musteroli, suppliciter ad prefatam Longiprati ecclesiam accedens, de tanta reliquiarum copia aliquam partem cum multa
(A) f. 7 r° devotione sibi postulavit impartiri. Qui, voti compos effectus, acceptas reliquias in ecclesia sua Beati Volfrani cum reverentia collocavit, & ecclesie Longiprati costam unam eiusdem beati Volfrani in recompensationem contulit, ac in vicecomitatu Abbatisville, eidem ecclesie quatuor libras parisienses redditus assignavit, ecclesiamque Beate Marie cum universis pertinentiis, quas possidebat & quas iuste poterat adipisci, & omnes canonicos eiusdem cum omnibus bonis suis, sub perpetua deffensione & protectione sua & heredum suorum, suscepit; tamquam eiusdem ecclesie patronus, possessiones quoque quas ecclesia possidebat, sicut in scriptis fundatorum suorum continebatur, confirmavit. Idcirco, dilectissimi, beatam dicamus ecclesiam nostram que tantarum sanctorum conservat reliquias, sibi, Domino prestante, commissas. Laudemus etiam Dominum in sanctis suis, at-

& en tout le cours de l'année, trois mil huict cens quatre vingts cinq jours d'Indulgence par chacun an, comme il se voit es Bulles des saints Pères. En ce temps l'illustre seigneur Guillaume, Comte de Pontieu & de Monstrœil, homme fort catholique & devotieux, vint par grande humilité visiter lesdites Reliques, & en demanda quelques-unes, ce qui luy fut octroyé; il les mit avec grande reverence en l'eglise de Saint Wlfran, & en recompense donna à l'Eglise de Long-pré une coste dudit Saint; & de plus assigna en la Vicomté d'Abbeville, quatre livres parisis de rente à ladite Eglise, laquelle il prit en sa protection, & confirma tous les contracts des fondations faites à ladite Eglise.[1] *— Estimons donc, très-chers Frères, & disons nôtre Eglise bienheureuse, qui conserve comme un dépost très-sacré*

1 Huc usque Ignatius; cetera in opusculo, cui titulus: *Récit de la fond. de Longpré* (éd. 1731, pp. 32-34), quærenda sunt.

1208 que letemur in solempnitate sanctorum, quorum reliquie in presenti continentur ecclesia: orantes & deprecantes, ut eorum precibus apud Dominum adveniemus in celis, quorum hodie memoriam agimus in terris. Oremus insuper Dominum Patrem omnipotentem, pro nobile patrono nostro, Christi milite, Allelmo, ac pro fundatoribus & benefactoribus nostris, quatinus qui tantorum sanctorum reliquias nobis proximiari fecerunt, & hanc eccle- (A) f. 7 vo siam de suis muneribus & beneficiis honoraverunt & dotaverunt; beatitudinem perennis vite ac sanctorum consortia adipisci mereantur, prestante domino nostro Iesu Christo, [qui] vivit & regnat Deus, per infinita seculorum secula. Amen.

les Reliques de tant & de si grant Saints; loüons aussi Dieu en ses Saints, dont nous avons les reliques, suppliant que dans le Ciel nous soyons secourus par les intercessions de ceux dont nous faisons aujourd'huy mémoire icy bas sur la terre. Prions aussi pour nôtre très-noble Patron Aleaume, vray soldat de Jésus-Christ, & pour les Fondateurs & Bienfaicteurs de nostre Eglise, afin que ceux qui ont donné les saintes Reliques & augmenté nostre Eglise de leurs liberalitez, puissent un jour en la compagnie de tous les Saints obtenir la vie éternelle; au nom de nôtre Seigneur Jésus-Christ, lequel avec le Père & le Saint-Esprit vit & regne par tous les siecles des siecles. Ainsi soit-il.

6°

Lectiones S. Victoris Parisiensis.

In festo SUSCEPTIONIS RELIQUIARUM S. VICTORIS MARTYRIS, d. xxiija iulij.[1]

IV. Clericorum monasterium, quod, ad veterem cellam S. Victoris martyris Massiliensis nomine insignitam, a Guillelmo de Campellis, archidiacono Parisiensi, in suburbio civitatis excitatum est, magna

1 Ex *Offic. propr. abbat. S. Victoris* (Par., Coignard, 1738, in-12), pp. 20-23.

statim virtutis laude, & commendatione doctrine floruit, & maximis idcirco donis a Ludovico rege, huius nomine sexto, amplificatum est. Basilica vero nonnisi post aliquot annos instaurata de integro, ex sancti martyris reliquiis ditata est. Harum primitie fuere, ut monumenta domus antiquiora referunt: *dens & scapula* illa, primum Hugoni, Alberstadensi archidiacono, a Massiliensibus Sancti Victoris monachis, data sunt, quum is per eam urbem, a Romana peregrinatione rediens, cum Hugone adolescente, fratris filio, transiret; qui prosecutus iter hinc Parisios, ad Victorinam familiam de qua multa preclara iamdudum fama & auditione acceperat, confestim hec pignora detulit, nec multo post cum nepote collegio canonicorum ascriptus, opes quas habebat amplissimas extruende ecclesie consecravit, in qua deinceps harum reliquiarum susceptio, die decima septima iunij, diu celebrata est.

V. Post annos circiter centum, partem insignem e capite martyris Caloioannes, tertius e Comnenorum gente imperator, ab episcopo Massiliensi impetratam Constantinopoli in templo Sancti Victoris, ipsius nomine dicato, deposuit. Que portio, post expugnationem urbis a Gallis & a Venetis, a Garnero Trecensi episcopo, qui tunc in [1205]
ea urbe versabatur, in Galliam relata est; hec, cum ad Petrum de Corbolio, Senonensem archiepiscopum, pervenisset, is in gratiam Iohannis Teutonici, huius cenobij abbatis, *magnam capitis portionem* detraxit, eamque ecclesie nostre dono dedit. Illi quoque portioni adiuncte postea fuerunt particule non pauce, ex alia capitis parte que in basilica Sancti Aniani Aurelianensis servatur. Has Petrus a Tienvilla, predicte ecclesie cantor, specialiter sibi reservari obtinuit, cum pretiosum depositum e veteri vasculo argenteo, ad annum millesimum trecentesimum quinquagesimum, in aliud est translatum, nec multo post huic ecclesie donavit. Antea vero alias variorum ossium reliquias Carolus, princeps Salernitanus, regis Caroli Sicilie filius, iam ab anno millesimo ducentesimo octogesimo tertio, a Iohanne abbate Sancti Victoris Massiliensis acceptas, Parisios attulerat, scriptisque in hanc rem litteris, Victorine abbatie Parisiensi pariter donarat.

VI. Denique Urbanus papa quintus, ante pontificatum, Sancti Victoris Massiliensis abbas, cum, insignis pre ceteris solemnitatis apparatu, quidquid Massilie de corpore sacratissimi martyris visitasset transtulissetque, potiores inde ad nos ac pretiosiores sancti militis exuvie pervenerunt. Obtinuit enim a pontifice in ipsa translationis solemnitate, Iohannes a Pigny, prior sancti Martini a Campis, & postea Cluniacensis abbas, *partem brachij* quam ad nos transmitteret. *Pes* autem *dexter*, quo idolum Iovis cum nefando altari, presente Maximiano imperatore deiecerat, ab eodem pontifice, per varias manus, tandem ad Biturigum ducem, Iohannem, regis Caroli quinti fratrem, pervenit, qui eum, ut sanctius coleretur, huic ecclesie donavit. Susceptus est qua decebat religione, die vigesima tertia iulij, tertio die infra octavam sancti Victoris, in quem deinceps aliarum reliquiarum huius gloriosi martyris memoria relata est, quod hec omnium esset illustrior. Quamvis enim mille & quadringenti anni elapsi sunt, ex quo pes ille a corpore precisus est, tamen illius partes sunt adhuc ita naturali ordine site, solide, & cute integra tecte, ut illesus a corruptione videatur.

7°

Lectiones Parisienses.

a) In festo ADVENTUS RELIQUIARUM S. CAPELLÆ, d. xxx[a] septembris.[1]

1241 VI. Hac eadem die sanctus Ludovicus, Francorum rex, anno millesimo ducentesimo quadragesimo primo, *partem dominice Crucis*, que in Syria titulo pignoris apud Templarios milites remanserat, a Balduino, Orientis imperatore, acceptam, cum alia non modica portione, ex qua imperatores ecclesiis & amicis particulas dare consueverant, item alia multa dominice passionis instrumenta, Parisios, precedente clero, solemniter transtulit. Tunc rex piissimus magnum exhibuit christiane pietatis argumentum, cum, abiectis vestibus regiis, & pedes nudatus, in urbem intulit instrumentum quo mundi pretium

1 E *Breviario Parisiensi*, 1778, pars autumn., p. 359.

persolutum est. Demum constructa in regio palatio magnifica capella, sacrosancta redemptionis nostre insignia religiose in ea asservari voluit.

b) In festo S. Dionysii Areopagitæ, d. iija octobris.

III. *Caput beati martyris* [*Dionysij*], in Constantinopolitane urbis capella imperiali repositum, sub initium seculi decimi tertij, Niveloni Suessionensi episcopo a Balduino primo e Latinis imperatore donatum est, & in Longipontanum, ordinis Cisterciensis monasterium, in diocesi Suessionensi, deportatum. Alie vero Areopagite reliquie ab Innocentio papa tertio ad monasterium Sancti Dionysij in Francia transmisse sunt, ubi religiose coluntur.

1 Ex *Brev. Paris.*, 1778, pars autumn., p. 402-403.

II

LECTIONES E VULGATIS FONTIBUS DESUMPTAE.

1°

Lectiones Ambianenses.

In festo Receptionis faciei S. Iohannis, d. xxja decembris.[1]

a) *Lectiones veteres.*

I. Ab urbe Bisantea, nuper ad Gallias translata, *facie gloriosi Baptiste*, nondum sublato de medio fideli teste, ministerio cuius ad nos usque delata est, visus est translationis modus literarum apicibus commendandus, Francorum itaque Constantinopolitanis in partibus exercitio militante, crucis imposito sibi signo.

1206 II. Postquam ex illa Cumanorum famosa victoria, Balduinus imperator miserabiliter in eorum manus inciderat, Domino permittente quod per menses quindecim de morte seu vita ipsius nulla fuisset reddita certitudo, & Henricus frater eius, penes quem interim summa rerum gerendarum remanserat, adeptus fuisset culmen imperij, quidam ex Francis, qui ad exercitum venerant ab initio, repatriare volebant.

III. Inter quos quidam Wallo, clericus Ambianensis dyocesis, cuius relatio hystorie presentis seriem notam fecit, suum cum ceteris maturabat regressum. Angebatur autem non modicum super eas (*sic*) quod nullas secum insignes reliquias deferebat, quibus rediens gallicanam honoraret [ecclesiam].

1 E *Breviario* ms. *Ambianensi*, sæc. XIV (Bibl. Amb. n° 113, pp. 221-222).

IV. Accidit autem ut, cum in die nativitatis beate 1206
Marie virginis suam introisset ecclesiam, nec audebat cum 8 sept.
ceteris in ordine suo solennibus vesperis interesse, eo quod clericalem, cum nuper de exercitu Licie rediisset, non ferebat tonsuram, secreto dicturus eas, in vestibulo post altare secessit.

V. Erat autem locus ille in appendicio inter ipsam ecclesiam & quoddam vetus palacium, quod quondam imperatorie capax fuerat maiestatis, ibique ex intimis precordiis alta ducens suspiria, revolvebat apud se si forte Dominus, pro sua multiplici gloria, unam (*sic*) decrevisset eum invacuum ad propria remittendum.

VI. Erat autem locus ille incultus & quem dignum negligentia iudicares; in eius obstructione rudem videns acervum ruderum, preter artificiosum ordinem positorum, feno interiecto sine omni maltha seu bitumine obvolutorum. Herensque, ut erat ardenti animo & breves nichilominus habens [inducias], circumspectione didicit omnes custodes & hostiarios, licet inpremeditatos, sibi locum dedisse.

VII. Qui, super se clauso trepidus ostio, primam structuram feni & ruderum ad se traxit, quam duo vasa spectabilia secuta sunt, in quorum uno *digitum*, in alio vero *brachium sancti Georgij* se comperit invenisse: sed a superventuris pre temporis angustia sibi timens, loco non perfecte scrutato, fenum & ruderes, sicut inordinate repererat, iterum ordinavit.

VIII. O qua solicitudine nocte illa pervigil eius animus fluctuavit, quod si vana soporis nebula suos forsitan oculos fatigatos obduxit, expers ocij fantasia ex voto divino multiformis habuit materiam coniecture.

IX. Mane facto cum multa diligentia locum cepit eminus excubare, &, alias sibi caram, sociorum frequentiam egre ferens pro furto, tempus ydoneum venabatur.

1206 .... Quibus apertis, in uno *caput sancti Georgij* contineri recognovit, ex superscriptione *Agios Georgios*; in alio vero superscriptum erat *Agios Iohannes Prodromos.*

b) *Lectiones posteriores.*[1]

I. Ab urbe Bisantea nuper ad nos sic usque delata est *facies gloriosi Baptiste*: Francorum namque Constantinopolitanis in partibus exercitu militante, quidam ex Francis repatriare volebant, inter quos quidam Walo, clericus Ambianensis dyocesis, suum cum ceteris maturabat regressum.

II. Habebat autem in ipsa Constantinopoli canoniam in ecclesia
8 sept. Sancti Georgij de Mangana, qui dum, die nativitatis beate Virginis, vesperis interesse non auderet, dicturus eas in vestibulo, quod erat inter ipsam ecclesiam & quoddam vetus palatium, secessit.

III. Qui cum in cuiusdam pilebase fenestellam inspiceret, feni ac ruderum structura ad se tracta, duo ibidem, vasa in quorum uno *digitum*, in altero vero *brachium sancti Georgij* se comperit invenisse. Sed loco non perfecte scrutato, fenum ac ruderes, ut repererat, ordinavit.

IV. Mane facto, totam struem amovit, & duos magnos discos argenteos cum suis operimentis invenit; nec quid intus lateret ei licebat inspicere, temporis latitudinem non habenti. Sed retruso, verecundia docente, latibulo, in partem illius fracti palatij a nullo penitus hominum solitam frequentari, sub noctis silentio repetendos abscondit.

V. Nec dum mane facto illos in secretum tulit cubiculum, quibus apertis, in uno *caput sancti Georgij* ex superscriptione: *Agyos Georgyos* esse cognovit; in alio vero superscriptum erat: *Agyos Iohannes Apodromos*, quod non plene intellexit, donec perlectis multarum ymaginum superscriptis, sub Apodromos scriptum videret Baptiste: unde cuius caput esset agnovit.

VI. Multis igitur periculis, terra marique calcatis, civitati Ambianensium appropinquans, cuidam patruo suo Petro, Ambianensi canonico, suum significavit adventum, intimans quod & faciem haberet gloriosi Baptiste; qui eidem obvians, susceptum ab eo sanctuarium venerabili Richardo Ambianensi episcopo, qui eiusdem decollationis hystoriam compilaverat, commendavit.

VII. Ac sequenti dominica, qua scilicet cantandum erat *Gaudete*,
17 dec. Waloni extra menia tota civitas personaliter occurrit, sibique, ut dignum erat, propter vestem nuptialem, imposito sanctuario, cum hymnis & canticis ad matricem ecclesiam sunt reversi.

1 E *Breviario Ambianensi* (Paris., 1528, in-8, f. ccj & s.), quem ad verbum sequuntur *Breviaria*, ann. 1539 & 1550, typis mandata.

VIII. In hac igitur ecclesia dictus episcopus eidem contulit canoniam in Ascensione Domini subsequenti, qui in recompensationem argenti discorum quos fregerat, in domo sua claustrali capellam in honore sanctorum Iohannis & Georgij construxit. 1207 16 mai.

IX. Facta est autem dicta translatio ad Ambianensem ecclesiam sexto decimo kalendas ianuarij, anno Domini millesimo ducentesimo sexto: eodem Domino nostro Iesu Christo prestanto, cui est honor & gloria per immortalia secula seculorum. Amen.

c) *Lectiones recentiores.*[1]

IV. In memorabili illa christianorum principum, que, regnante in 1204
Francia Philippo Augusto, suscepta est, paulo post mortem Saladini, contra Turcas, expeditione, capta direptaque Constantinopoli, & Balduino, Flandrorum comite, Orientis imperatore constituto, multas ex ea urbe opes, multas sanctorum reliquias in Galliam aversas, certis litterarum monumentis proditum accepimus. Constitutis enim iam rebus imperij, cum multi pararent in Galliam reditum, quas quisque in preda ceperat reliquias, eas secum in patriam reportandas curavit. Inter hos Vvallo, clericus Ambianensis, factus in ecclesia Sancti Geor- 1206.
gij apud Constantinopolim canonicus, die natali beate Marie virgi- 8 sept.
nis, in inculto quodam & semidiruto palatio, iuxta templum deambulans, cum fenestram animadvertisset, suspicatus (id quod erat) ibi iacere reliquias sanctorum, loco diligenter ruderibus repurgato, duo vasa reperit, quorum in altero *digitus*, in altero *brachium* erat *sancti Georgij martyris*. Sed locum tunc non plene scrutari ausus, ne supervenientibus aliis sacro thesauro spoliaretur, congestis super fenestram, ut ante, feno & ruderibus, domum repetiit.

V. Postridie ante lucem ad memoratum locum rediens, & disiecta gravi ruderum mole, duos ingentes ex solido argento discos, cum suis integumentis offendit, quos tunc quidem, partim angustiis temporum interclusus, aperire non audens, in terram abdidit; seque in interiora deserti palatij latibula recepit, eo consilio, ut, nocte intempesta veniens, adiuvantibus tenebris & nemine conscio, eos in cubiculum deportaret. Ubi demum remotis involucris, quid esset diligenter contemplatus, in uno *caput sancti Georgij*, in altero hanc inscriptionem legens, *Agios Ioannis Prodromos* (hoc est sanctus Iohannes Precursor), *sancti Ioannis Baptiste caput* esse cognovit.

VI. Nec mora, sacri thesauri letus inventione, itineri se committit; multisque aditis terra marique periculis, Ambianis appropinquans, re per nuntios ad patruum suum Petrum Ambianensis ecclesie canonicum, indeque ad Richardum presulem delata, obviam procedente clero,

1 E *Breviariis* ann. 1607, 1667, 1683, 1746, 1840, 1849 editis.

1206 magnaque populi letitia & gratulatione exceptus, sacras reliquias ostendit, quas religiosissimus antistes humili devotione susceptas, de more veneratus, concinente clero, faustisque acclamationibus prosequente populo, in dive Marie templum intulit, ubi crebra ad invocationem sancti Ioannis Baptiste, nostra patrumque memoria, Deo operante, miracula edita sunt. Facta est hec sancte faciei translatio anno Domini millesimo ducentesimo sexto, annis circiter octingentis, postquam magnus ille Theodosius imperator e Cosilaj pago illam in urbem Constantinopolim transtulit, & maximo pulcherrimoque templo exornavit.

2°

Lectiones Suessionenses.

In FESTO MAGNO RELIQUIARUM, dom. in octava Ascensionis. [1]

a) *Lectiones veteres.*

[1096] I. Cum per Dei misericordiam anno Domini 10 .. civitas sancta Hierusalem & Antiochia, cum patria sibi adiacente, in Francorum potestatem, pulsis Sarracenis,
1187 devenisset, iterum peccatis exigentibus anno 1187, christianus exercitus superatus est, rex Hierosolimitanus captus, Templarij trucidati, Hospitularij interfecti, plebs christianorum universa, aut in captivitatem ducta, aut in fugam versa, aut in campo cesa est. Pars etiam ligni S. Crucis est perdita, &, ut credimus, nec a nostris, nec a Sarracenis inventa. Eodem etiam tempore Saladinus, dux f. 137 r°
Sarracenorum & Turcorum, sanctam civitatem Hierusalem omnemque terram, preter Tyrum, Antiochiam, Tripolim, & alias paucas municiones occupavit. Quo audito, papa sanctissimus, Gregorius tertius, flebilem rei eventum per universam christianitatem indicavit, remissionem omnium peccatorum denuncians omnibus, qui iter Ierosolimitanum contra Christi inimicos aggrederentur. Tunc

1 E codice bibl. publ. Ambianensis, n° 467, ff. 136-139.

Fridericus imperator, Philippus, rex Francie, & Richardus [1190]
Anglie, cum maxima procerum, militum, episcoporum, clericorum & plebis multitudine, ipsum iter susceperunt. Sed cum imperator pene cum centum millibus militum & plebis multitudine, Ungariam, Greciam, Brachium sancti Georgij & maximam partem terre Turcorum, devictis hostibus, transiisset, dum in quodam flumine balneari voluisset, secreto Dei iudicio submersus est. Milites interea, tum nobiles cum ignobiles, qui diu victualibus caruerant, cum ad ea pervenerunt, sic ultra modum iis usi sunt, ut infra dies quindecim morerentur: reliqui tamen cum filio imperatoris ante Acram pervenerunt, itemque Philippus & Richardus cum suis per mare applicue-
f. 137 v° runt. Quam Acram a nostris, scilicet a Guidone rege Ierosolimitano (qui se, data Ascalone, de captivitate redemerat), a comite etiam Henrico Campanie, Andrea de Briennia, Iacobo de Avesnis & aliis proceribus, iam per tres annos pene obsessam invenerunt, & infra tres menses christiane reddiderunt iurisdictioni. Verum (proh dolor!) iterum diabolo instigante, inter reges orta est discordia per quam opus Dei omnino est impeditum, &, remanentibus ibi comite Henrico & marchione Montisferrati & aliis proceribus, iidem reges cum suorum parte maxima ad propria remearunt.

II. Post mortem marchionis & comitis Henrici, anno
scilicet Verbi incarnati 1202, dominus Nivelo, Suessio- 1202
num episcopus, Balduinus, comes Flandrensium, Ludovicus Carnotensium, Garnerus, Trecensium episcopus, per predicationem domini Fulconis, sacerdotis optimi, de villa Nulliaco nominata, Parisiensis diecesis, cum maxima militum copia, idem Ierosolimitanum iter aggressi sunt. Sed cum Venetias pervenissent, ipsis Venetis nimios sumptus & expensas & premium navium suarum petentibus, nec naves intrare nec retro regredi (cum in insula Sancti

1203-1204 Nicolai essent) per tres fere menses potuerunt, unde re- f. 138 r°
bus suis consumptis, contra habitatores de Iarres, qui Venetorum inimici erant, transfretare a Venetis coacti sunt: ubi Alexium Constantinopolitani imperatoris filium invenerunt, qui, per avunculum suum, patre suo imperatore oculis privato & in carcere recluso, fugatus exulabat. Is nostrorum multitudinem videns, promittit cum omnimoda securitate, quod, si eum restituerent, ipse in propria persona cum stipendiis sibi nostrisque competentibus, iter Ierosolimitanum per tres annos militaturus aggrederetur. Nostri itaque Constantinopolim pergunt & brevi expugnata urbe, Alexium ab omnibus Grecis recipi, fugato avunculo eius, fecerunt. Qui aliquandiu nostros donariis multis honoravit, sed tandem, ipsius patris sui & Grecorum consilio deceptus, iuramenti sui obliviscitur; nostri ab urbe exclusi, inter ipsam urbem & mare, Grecis mortem nocte dieque minitantibus, morati sunt.

III. Interea inter Alexium & Grecos orta est discordia, propter quam ad nostros redire velle dum comperissent, eum noctu suffocaverunt, nostrosque nocte media cum tubis & clangoribus adorti sunt: sed Deus nostrorum misertus laborem, illesos servavit, aliquibus etiam Grecis interfectis. Nostri autem nec navigare sine periculo, nec in terra morari propter rerum penuriam iam valentes, consilio inito sese confessione purgarunt, & corpore do- f. 138 v°
minico muniti, urbem viriliter sunt aggressi; sed ipsa die nihil profecerunt, altera vero, machinis in navibus erectis & urbi applicatis, quidam miles, Andreas Dureboise nomine, de familia Nivelonis Suessionensium episcopi, de machinis in muros insiluit, quem subsecutus est Ioannes de Choisy & alij plures, quibus viriliter preliantibus, alij, extra naves positi, portas effregerunt. Sic intrans multitudo alios interemit, alios fugavit, aliis favere volentibus pepercit, eorumque fidelitate accepta, Balduinum

comitem, in ecclesia Sancte Sophie, a Nivelone Suessio- 1205
nensi aliisque episcopis, applaudentibus Grecis, in imperatorem coronavit.

IV. Tunc venerabilis Nivelo ecclesiam suam exaltare cupiens, per fideles nuntios, cum litteris suo sigillo signatis, ad maiorem ecclesiam Beate Marie & Sanctorum Gervasij & Protasij transmisit *caput beatissimi prothomartyris Stephani*, *digitum beati apostoli Thome* quem posuit in latus Domini, *coronam capitis beati Marci* evangeliste, *unam spinam e Corona Domini*, *partem ma-*
f. 139 r° *gnam pepli beate virginis Marie*; *partem panni* quo Dominus precinxit se in cena; ad Sanctam Mariam, ubi sunt moniales, *cingulum beate Virginis*; ad cenobium S. Ioannis, *brachium eiusdem Ioannis Baptiste*. Quibus sanctis reliquiis in descensu montis de Maquerel, a clero universo receptis, & in ecclesiam maiorem illatis, quamplures ab infirmitatibus suis, eadem die & hebdomada, [27 iun.]
in Suessionensi matre ecclesia curati sunt, inter quos quidam senex de Attichiaco, cecus iam per multos annos, statim illuminatus est.

V. Non multo post, cum imperator in bello quodam, 1206
peccatis exigentibus, captus vel trucidatus esset, reliqui de Francia eundem dominum Nivelonem, ut a domino papa & Francigenis auxilium imploraret, transmiserunt, qui, veniens ad ecclesiam suam, *caput beati Ioannis Bap-* [13 oct.]
tiste, *caput beati Thome apostoli*, *coronam capitis beati Blasij* cum *costa* ipsius, *duas magnas cruce ex ligno Domini*, *virgam Mosis*, *partem arundinis* qua fuit percussus Dominus, & alias plures [reliquias] adportavit; ad cenobium Beate Marie, *caput beati Thadei apostoli*, *unam crucem ex ligno Domini*; alias denique multas [reliquias], tam ipse quam socij eius, per ecclesias parochiales & conventuales, intra Suessionensem diecesim, & extra, dimiserunt; ad

1206 quarum adventum plurimi ab infirmitatibus ſuis, in Sueſſionenſi matre eccleſia, curati ſunt.

VI. He igitur ſanctorum reliquie, cum magno epiſco- f. 139 v° porum, monachorum, clericorum & militum occurſu, cum crucibus & cereis, extra portam Criſie, retro Sanctum Lazarum, ſuſcepte, & in eccleſiam maiorem ſunt delate. Quo etiam anno edictum eſt ut tranſlatio ſancti Thome apoſtoli ſolemniter agatur per totum epiſcopatum. Hoc autem multi, diabolo inſtigante, recuſaverunt, inter quos quedam mulier, amens effecta, amiſſo viſu & auditu, cum ad eccleſiam cathedralem adducta fuiſſet, variis incommodis agitata, rogantibus pro ea propinquis & oblationes facientibus, ipſo die ſanata eſt; ſimiliter eodem die carpentarius, dum opus ſuum, neglecto eccleſie precepto, facere inciperet, arrepto ferramento, mortuus eſt, precedente tamen confeſſione & mali operis ſui ſatisfactione. Plures denique in urbe & extra urbem talia in ſuis operibus ſenſere incommoda, ſeu corporis, ſeu rerum ſuarum: ſed ad eccleſiam pariter cum multitudine confluentes, gratias ſuper viſis & auditis agentes, conſtituerunt diem ſolemnem in condenſis.

b) *Lectiones recentiores.*

In Festo novo reliquiarum dominica (poſt S. Dionyſium, d. iij[a] oct.)[1]

1204 IV. Balduinus, Flandrenſium comes, cum multis Galliarum epiſcopis & principibus, Ieroſolymam ad ſacrum bellum profectus, vehementer hortante Alexio, filio Iſacij Angeli (qui & imperio & luminibus a fratre orbatus fuerat), de via Conſtantinopolim cum exercitu divertit. Ubi primum, Alexio cum patre reſtituto, deinde Murſiphlo tyranno, eius interfectore, fugato & extincto, proceribus aſſentientibus, Grecorum imperator ſalutatus eſt anno Chriſti milleſimo ducenteſimo quarto. Tum Nivelo, Sueſſionum epiſcopus, qui ex duodecim eius

1 E *Breviario Sueſſionenſi* (Sueſſ. 1676, in-8, pars æſtiv., p. 740).

electoribus unus fuerat, facillime eius opera impetravit aliquot sancto- 1205
rum reliquias, ex quibus Suessionem alias misit, alias ipse attulit.

V. Misit quidem ad capitulum suum *spinam Corone Domini*, *partem veli beate Marie*, ac *lintei quo Christus in cena se precinxit*, *digitum beati Thome apostoli*, *coronam capitis sancti Marci evangeliste*, *caput sancti Stephani protomartyris*; ad canonicos Sancti Ioannis, *brachium precursoris Domini*; ad virgines Beate Marie *fasciam* qua involutus fuit puer Iesus, *cingulum*, *imaginem*, *partem lactis* & *indusij Virginis Deipare*, *caput beati Iude apostoli*, *brachium sancti Eustachij martyris*, aliquot *sancti Georgij capillos*, & *zonam pelliceam Elie prophete*. Quibus omnibus in maiorem ecclesiam illatis cum multi egri convaluerunt, tum precipue senex quidam e vico Attichiaco cecus, diem vidit.

VI. Attulit vero ad ecclesiam suam *duas cruces e vitali ligno Do-* 1206
mini, *caput beati Thome apostoli*, *coronam capitis* ac *unam e costis sancti Blasij*; ad ecclesiam Sancti Ioannis *caput beati Iacobi martyris*, e Perside nuncupati; ad monasterium Longi-pontis *caput beati Dionysij Areopagite*; & alias complures, quas variis sue diecesis ecclesiis distribuit. Cumque ex edicula Sancti Lazari, ubi primum deposite fuerant, in ecclesiam Suessionensem summa celebritate transferrentur, multi ex variis morbis egroti, domum sani redierunt; atque inde est hodierna Sanctarum Reliquiarum solemnitas.

3°

Lectiones Lingonenses.

In festo Translationis S. Mammetis martyris, d. x^{a} octobris.[1]

I. Fidelis narrat antiquitas quod Lingonensis ecclesia a principio sui in honore beati Iohannis evangeliste fuit fundata. Sed Dominus, qui apostolum suum per evangelice predicationis gratiam, iam ita videbat sublimatum, quod in omnem terram sonus eius exierat, non derrogavit quidem apostolo, sed beati Mammetis martyris sui gloriam, sicut non tantum in Grecia, sed etiam Francia, voluit revelare.

II. Nobilis quidam de Gallie partibus, a Hierosolimitanis finibus rediens, Constantinopolim venit, ubi moram faciens, audivit de beato Mammete, quomodo pre ceteris martyribus ibidem venerabatur a cunctis, ita quod megamartyr, id est magnus martyr anthonomastice diceretur.

III. Cepit igitur vir ille anxius in animo volvere si quo modo de

1 E *Breviario Lingonensi*, sæc. XV exscripto, & in Bibliotheca reg. Parmensi, n° 852, asservato.

reliquiis huius martyris aliquid posset habere. Nec fraudatus est a desiderio suo, quia per Dei gratiam obtinere meruit partem ossis eius que vulgo *oschia colli* dicitur, que caput humeris continuare solet. Quem thesaurum diligenter reposuit in pera serica, & collo suo suspendit, sicque exultans, repatriandi iter arripuit.

IV. Post multa itaque terrarum spacia ad fines Lingonicos applicuit. Et cum iam esset in quodam loco, prope civitatem, qui dicitur Magnum Pratum, necesse habuit ire ad requisita nature: & secedens paululum, a collo sanctas reliquias deposuit, & cuiusdam arboris ramusculo suspendit, statimque cum vellet depositum resumere, iturus viam suam, nullo modo potuit rehabere.

V. Suspirans itaque & gemens revocavit socios abeuntes, qui totis viribus nitebantur filum sericum manibus aut ferro disrumpere: sed in vanum laborabant. Tandem ascendentes civitatem, episcopo Lingonensi rem per ordinem narraverunt. Episcopus vero, Domino gratias agens, cum cereis, crucibus & thuribulis, comitante clero innumerabilique multitudine, perrexit ad locum, psalmos Daviticos humiliter decantando.

VI. Videns autem sancti reliquias, precepit omnes secum flexis genubus oratione prosterni. Oratione itaque facta, voluit episcopus tollere vasculum, sed nec potuit; quelibet enim iuga boum apposita, non possent illud avellere. Mirantes igitur, iterum se in oratione prostraverunt, flentes & Domino deprecantes; tandem revelatum est cuidam seni venerando, ut Lingonensis ecclesia eius nomine tituletur, & sic petitio gauderet effectu debito.

VII. Episcopus autem hac voce tamquam de celo missa confortatus, titulum sue ecclesie sancto martyri obtulit, statimque ceciderunt in manus ipsius reliquie sanctissime. Tunc omnes in hymnis & confessionibus revertentes, benedicebant Dominum, qui tanto civitatem Lingonicam sublimavit honore.

VIII. Procedente igitur tempore, Raynaldus, Lingonensis episcopus, meruit ab imperatore urbis Constantinopolitane habere beati martyris *brachium*, quod in capella eiusdem honorifice servabatur. Hic enim presul vitam beati martyris de greco in latinum transtulit, quam postmodum versibus heroicis dicitur exarasse.

1204 IX. Ceterum cum capta esset Constantinopolis, *caput* gloriosissimi Mammetis ibidem inventum est, & ad manus quondam Garnerij, Trecensis episcopi, devenit. Quo defuncto, Gallo de Domna Petra, episcopus Dimicensis, humiliter petiit sacrum pignus a cardinali Sancti Marcelli, tunc legati, sibi dari, quod & fecit. Gallo vero, exultans & gaudens, venit Lingonas, ubi cum quanta reverentia a

Roberto, tunc Lingonensi episcopo, fuerit receptus, tran- 1209
seundum censui.

4°

Lectiones S. Iuliani de Venetia.

In *festo* TRANSLATIONIS SANCTI PAULI PROTOEREMITÆ, d. xiv[a] novembris. [1]

IV. Plenus dulcedine, & semper ineffabili affluens pietate, Patris eterni filius Dominus Iesus Christus, qui erga suam sanctam ecclesiam catholicam sic sue continuat benignitatis affectum, sic sue promotionis multiplicat auxilia, ut quam sui commercio sanguinis acquisivit, indesinenter custodiat, idque non solum per angelos in ministerium deputatos, sed etiam per sanctos, quos celo dignos effecit, ut, in huius mundi exilio, sic vallato discrimine positi, accumulatis divine clementie beneficiis, superne militie duplicato fulciremur presidio: preterquam quod gravissimorum virorum regimur providentia, qui egregie sibi servientes binis ornare solent honoribus.

V. Hinc est quod, licet post ingressum suum ad Patris gloriam, a qua venerat, animam b. confessoris Pauli primi eremite spirituali certamine attritam, afflictamque, & gravi consummato labore, triumphoque parto ad premium vocans, dignis affecerat glorie coronis, non tamen vel ipsum exanime eius corpus, quod prius per spatium sexaginta annorum, ut dudum Eliam prophetam ministerio corvi paverat, reliquis septem & triginta prioribus palma illi victum prebente, ob vite eius ingens meritum, diutius in situ ac pulvere iacere passus, sed ut ab omnibus dignius veneraretur, voluit in publicum produci.

VI. Proinde magnanimus princeps, dominus Emanuel, imperator Constantinopolitanus, audita eius fama, iussit eum terre gremio effodi, effossumque ingenti gloria, Constantinopolim, per vasti maris ingentia spatia, per spumosas horrentium fluctuum undas, transferri, & in ecclesia, quam ipse novam dive Virgini erexerat, reponi.

1 A Flaminio Cornelio, in *Eccl. Venet. ant. monum.*, III, pp. 334-335, editæ.

1240 Hinc anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo, sparso miraculorum eius rumore, vir illustris Iacobus Lanzio, civis Venetus, quem virtus inprimis, & senatoria dignitas, opumque splendor illustrabat, vehementer affectus, instructa classe, solvens a Venetiano portu Constantinopolim venit, ibique operosa sollicitudine *corpus* eius impetravit, & Venetias transferens, in ecclesia S. Iuliani martyris honorifice collocavit, hoc solo pignore feliciorem urbem reputans.

5°

Lectiones Parisienses.

In festo Susceptionis S. Coronæ, d. xj[a] augusti.

a) *Lectiones veteres.*[1]

Cum *Prologo* & *Epilogo* Gualterij Cornuti (quos superius vide in tomo I, pp. 45-48, 55-56), ad verbum concordantes.

b) *Lectiones sæculi XVI.*[2]

1238 IV. Balduinus, Namurci dominus, idemque Latinorum ultimus imperij Constantinopolitani heres, cum in Franciam, urgentibus negotiis, venisset, retulit regi sancto Ludovico, propinquo & benefico suo, primores Constantinopolitanos, obsessos undique ac pene oppressos a scismatica gente Grecorum, que imperium Latinis catholicis invidebat, eo penurie devenisse, ut inestimabilem thesaurum Dominice *Corone* extraneis vendere, aut saltem

1 In *Breviariis Parisiensibus* mmss. (Bibl. nat. lat. 745, f. 343, & lat. 15182, f. 293), necnon in *Breviario Paris.*, ann. 1492, ad diem. — 2 E *Brev. Paris.* 1583, pars æstiv., pp. 70-71.

obligare pignoris titulo cogerentur. Itaque rogat regem 1238 dominum & consanguineum suum, ut Coronam, si fieri posset, ab eorum manibus ereptam, ipse gratis recipiat, ut illa cederet in decus & ornamentum ecclesie Gallicane.

V. Rex & regina mater, sibi & regno Francie plurimum ob id gratulantur, atque, missis nuntiis duobus ex ordine fratrum predicatorum Iacobo & Andrea, quorum alter Iacobus, cum esset Constantinopoli ordinis sui prior, eandem Coronam sepius viderat, cum aliis nuntiis & speciali nuntio Balduini, repetivit thesaurum illum inestimabilem, iam Venetiis intra Constantinopolim degentibus nomine pignoris obligatum, qui sperabant, nisi reddita illis certo tempore pecunia fuisset, commissi titulo Coronam illam perpetuis temporibus esse possessuros.

VI. Corona itaque, sicut convenerat, Venetias defertur: atque inde, missis pluribus nuntiis a sancto rege, qui vas illibatum, & sigilla Grecorum atque Venetorum procerum integra receperunt, redimitur, educitur, & per multa viarum discrimina, in Galliam transfertur. Accidit- 1239 que ut tam longis spatiis, cum sepe noctibus largior imber cecidisset, nullo die eos vel pluvie gutta contingeret. Adveniunt Trecas, indeque regi nuntiant adventum suum; qui cum matre & proceribus & duobus episcopis, Galtero Senonensi, & Bernardo Aniciensi, obviam profectus, apud Villam-novam Archiepiscopi, vas ipsum, sancti Laurentij festo, recludit. Multis lachrymis (11 aug.) atque suspiriis illud passionis Dominice venerabile tropheum aspicit, atque ipse cum fratre Roberto nudipes, subiectis humeris, Parisios Coronam Domini spineam infert, clero & populo occurrente. Demum edificato ad palatium sacello, illam, cum ceteris Dominice passionis insigniis & sanctorum reliquiis plurimis, deposuit.

c) *Lectiones recentes.*[1]

1238 IV. Balduinus, marchio Namurci, castellanus Curtineti, & postremus e Latinis Constantinopolitanorum imperator, cum in Galliam, urgentibus negotiis, venisset, nuntiavit sancto regi Ludovico, consanguineo suo, Constantinopolim a Grecis obsidione cingi, primoresque in ea conclusos eo penurie devenisse, ut de *Corona spinea Domini* extraneis vendenda aut oppignoranda cogitarent. Ac ne optimi regis pietatem offenderet, non ausus est rem adeo sacram pretio emendam proponere; sed eum enixe rogavit ut eam dono accipere vellet. Rex, actis Balduino gratiis, ex ordine Predicatorum duos Constantinopolim misit, Andream & Iacobum, quorum hic, cum esset monasterij ordinis sui ea in urbe prior, Coronam sepius viderat; quibus imperator unum e suis comitem adiunxit, simul & diplomate precepit baronibus, ut sacra Corona iis qui a rege missi erant, traderetur.

V. Constantinopolim ingressis, renuntiatum est Coronam Venetis nomine pignoris obligatam esse, ea conditione, ut nisi intra natalem marty-
19 iun. rum Gervasij & Protasij redimeretur, caderet in commissum, & pignoris obligatio verteretur in titulum venditionis pro pecunia iam tradita, interimque Venetiam deportaretur. Lectis imperatoriis litteris, Corona, uti conventum fuerat, loculo sigillis procerum consignato, defertur Venetiam ab iis qui a rege missi fuerant, adiunctis imperatoris nuntiis nobilioribusque Venetis. Qua deposita in thesauro basilice Sancti Marci, relictoque ibi Andrea custode, Iacobus cum nuntiis imperatoriis ad regem properat, eique rem omnem exponit. Tunc rex Iacobum & nuntios imperatoris confestim Venetiam remittit, qui sacrum pignus pecunia redemptum in Galliam asportarent. Id vero memoria dignum accidit, ut in tam longo itinere, quamvis sepe noctu plueret, interdiu tamen ne minimum quidem pluvie ceciderit.

1239 VI. Ut Trecas prevenere, regem de adventu suo certiorem fecerunt, qui, cum matre & proceribus, duobusque episcopis, Galtero Senonensi & Bernardo [Aniciensi], obviam profectus, apud Villam-novam Archiepiscopi fractis sigillis, reclusoque loculo, Coronam non fine multis lacrymis conspexit, & in eodem loculo repositam sigillo suo obsignavit. Id contigit
11 aug. die festo sancti Laurentij, anno millesimo ducentesimo tricesimo nono. Pos-
13 aug. tridie Senonas deportatur, eamque ab ipso urbis aditu, rex nudis pedibus, sola indutus tunica, Roberto fratre comitante, clero & plebe obviam euntibus, suis humeris infert ad seniorem Sancti Stephani basilicam, & inde
18 aug. Parisios proxima die contendit. Tandem octava decima augusti, que erat feria quinta post Assumptionem beate Virginis, e saltu Vicinarum

1 *Brev. Paris.* (Paris., 1778, in-8°, p. æstiv., pp. 476 & f.)

proceditur, extructoque iuxta basilicam Sancti Antonij in Campis tabu- 1239
lato, fidelium oculis venerandum pignus exponitur. Inde ab ipso rege, procedente clero, defertur ad maiorem ecclesiam Sancte Marie: atque hinc, post laudes Deo persolutas, monachis Sancti Dionysij precedentibus, in sacello regio Sancti Nicolai in Palatio collocatur. Demum rex piissimus, edificata in eodem loco magnificentissima capella, sacram ibi *Coronam* deposuit, cum maxima *parte Crucis*, *Spongie* & *Lancee*, institutis ibidem canonicis & capellanis.

B

HYMNI & SEQUENTIÆ.

1°

Sequentia Sueſſionenſis.

In festo magno Reliquiarum, dominica in octava Aſcenſionis.

Ad honorem ſummi regis,
Excitetur noſtri gregis
Iocunda laudatio!
Surge, ſurge, plebs devota!
Redde Deo nova vota:
Civitas Sueſſio!

Chriſtus quondam te Criſ-
Decoravit & Ruſino, [pino,
Cum amborum fratribus;
Novos patres mittens rur-
Reparare tue curſum [ſum
Vite ſuis precibus.

Sanctis ſemper grates age,
Qui te primo, ſua ſtrage,
Erexerunt in compage
Corporis eccleſie.

Factam extra ſortem mortis
Te, conſortem ſue ſortis,
Adduxerunt vite portis,
Et ad portum gratie.

Venerare voto pari
Patres, per quos viſitari
Te recenter conſpicis.
Ipſos voce ſi commendas,
Et ſi mentis mundes mendas,
Dulce carmen conficis.

Venerare Lignum crucis,
Veteriſque Virgam ducis,
Inſignem miraculis:
Hec in mari viam ſtravit;
Illud novis demonſtravit
Viam vite populis.

1 E *Miſſal. Sueſſionenſ.*, 1509, in-f° (Pariſ., Biblioth. S. Genovefæ, BB. 124, réſerve), ad diem.

Virga vetus signis splendet,
Sed de nova totum pendet
Salutis negotium
Quicquid illa signis signat,
Hec exponit & assignat,
Signorum mysterium.

His duobus fulta signis,
Et signis insignibus,
Insignitur urbs insignis,
Nullis impar urbibus.
Huc accedit quod sanctorum
Predita reliquiis,
Romanorum & Grecorum
Se confert ecclesiis.

Petro suo Roma gaudet;
Sed nec nostra minus audet
Gaudere Suessio.
Gaudet enim tui, Christe!
Precursoris & Baptiste
Capite *cum* brachio.

Paulo suo gaudet Roma,
Ista suo gaudet Thoma:
Cuius fulget vertice;
Sed gaudendum plus est ei,
Pro digito nostre spei,
Et salutis indice.

Pie vocis organum
Sanctum sonet Stephanum,
Primus qui per clybanum
Passionis transiit
Martyr tanto clarior
Et in regno celsior,
Quo post suum propior
Regem miles abiit.

Veneremur & Thadeum,
Per quem nobis apud Deum,
Grandis est fiducia.
Et te, Marce! teque Blasi!
Persequamur cum suavi
Vocum consonantia.

Nostri servant cenobite
Caput Ariopagite,
Qui adeptus lumen vite
Per doctorem gentium,
Et rimatus celi vias,
Erudivit mentes pias,
Cum distinxit hierarchias,
Supernorum civium.

Decus implet laudis huius,
Virgo mater, partus cuius
Iocundavit seculum,
Cuius peplo *gloriamur,*
Cuius leti veneramur,
Calceum, lac, cingulum.

Gratulare tantis bonis,
Tota plebs Suessionis!
Dona dompni Nivellonis,
Servans cum leticia.
Pro mercede tanti dati,
Die cursus consumati,
Memoret memorati
Presulis ecclesia.

In hoc simus ei grati,

Quod divine pietati,
Supplicemus seduli;
Et cum suo pastor grege,
Cum pastorum vivat rege,
In seculum seculi.
Amen dicant singuli!

2°

Sequentia Andegavensis.

In festo RECEPTIONIS BRACHII S. MAURITII MARTYRIS, d. ij^a decembris.[1]

Clerus Andegavensium
Psallat cum turba civium!
Quod Mauricij brachium
Nobis misit Bizancium.

Constantinopolitana
Civitas diu prophana
Manserat;
Et, divicia vesana,
Dogmata sacra romana
Spreverat.

Franci fortes accinguntur,
Venetis associati,
Urbem hanc aggrediuntur:
Cadunt Greci superati.

Archipresul Philipensis,
Genere Rothomagensis,
Francis opem prebuit;
Et de rebus civitatis,
Ob mercedem probitatis,
Opes multas habuit.

Qui prudenter perscrutatus
Res quas erat hic lucratus,
Hoc reperto brachio,
Nobis illud destinavit,
Et nos tanto decoravit
Vir largus e xenio.

Huius ergo causa rei,
Festum hoc ad laudem Dei
Cum solemni gaudio
Celebrat hec concio.
Nos hoc festum veneremur,
Ducem nostrum deprecemur,

Ut virtutem proprij
Manifestet brachij,
Et nobis utilia
Conferat remedia,
Que solent per forcia
Exerceri brachia;

Ut substentet nos cadentes,
Et deffendat impotentes,
Benedicat, amplectatur,
Sparsim dona largiatur;
Tandem sua dextera
Portet nos in ethera.

1 E *Missal. Andegavensi* mss., s. XV exarato, & in Bibl. nat. Paris., lat. n° 868 (f. 260 r° & v°), asservato.

3°

Hymnus Cluniacensis.

In festo TRANSLATIONIS CAPITIS S. CLEMENTIS PAPÆ ET MARTYRIS, d. xxvij[a] iul.[1]

Cerula freti iubilant,
Nam cum Paulo participant
Munus quod humus obtulit,
Sed theum flatum addidit.
Iam mare glebam retinet,
Anima celum possidet,
In altis Clemens residet
Ubi Rex regum presidet.

Et ut martir dividitur,
Ita & mare scinditur,
Silet, nec flare prevalet
Dum laos festum celebret.
Mausoleo marmoreo,
Preparato a Domino,
Puer sopore annuo
Dormivit sine tedio.

Hic martir in exilio,
Usus Agni consilio,
Aquas traxit in fluvio
De sicco terre gremio.
Christi legis peritia,
Refulsit in ecclesia,
Quam, tradente apostolo,
Donavit Dionysio.

Sprevit decreta principum;
Ob hoc passus exilium,
Sed per maris supplicium.
Consequutus est bravium.
Cluniace, tripudia!
Nam Clementis clementia
Adest tibi propitia
Pro capitis presentia.

Oculus Deus agios!
Pius pie exaudi nos,
Et per Clementis merita
Vita detur politica,
Ubi letantur angeli,
Pro triumpho martirij;
Celestis gaudet curia
Pro martiris victoria.

Nunc ergo nobis miseris
Merita prosint martiris,
Ut de mundi naufragio
In celi ducant solio.
O Clemens clementissime!
Fac ut possimus vivere
Tecum in illa requie,
Ubi regnat Rex glorie

Cum Patre & Sancto Spiritu
Qui nos redemit obitu.

1 In M. Marrier & A. DuChesne *Bibl. Cluniac.* (col. 1488-1490), editus.

4°

Sequentiæ Parisienses.[1]

I) In festo Susceptionis Sanctæ Coronæ, d. xj^a augusti.

Si vis vere gloriari,
Et a Deo coronari
Honore & gloria,
Hanc Coronam venerari
Studeas, atque sectari
Portantis vestigia.

Hanc celorum rex portavit,
Honoravit & sacravit
Sacro suo capite.
In hac galea pugnavit
Cum antiquum hostem stravit,
Triumphans in stipite.

Hec pugnantis galea,
Triumphantis laurea
Tyara pontificis,
Primum fuit spinea,
Postmodum fit aurea
Tactu sancti verticis.

Spinarum aculeos
Virtus fecit aureos
Christi passionis,
Que peccatis spineos,
Mortis eterne reos,
Adimplevit bonis.

De malis colligitur
Et de spinis plectitur
Spinea perversis;
Sed in aurum vertitur
Quando culpa tollitur
Eisdem conversis.

Iocunda misteria
Sunt hec; sed materia
Presentis leticie,
Nobis est hystoria,
Qua patenter Francia
Coronatur hodie.

Huius coronatio,
Corone susceptio!
Cuius festum agimus,
Debito cum gaudio
Et anniversario
Honore recolimus.

Thesauro tam nobili
Tam desiderabili
Dives es effecta,
Terra carens simili,
Carens comparabili
Deo predilecta!

1 E cod. msto. Bibl. nat. Paris., lat. 8890 (f. 36 r° & v°).

Tria privilegia
Regna tibi alia
Subdunt in honore.
Fides & milicia
Unctioque regia
Quarum flores flore.

In Dei preconium
Totum confer studium
Totum cor appone,
Que Christi paladium
Et sacre sacrarium
Facta es Corone.

Tibi, o urbs inclita,
Omni laude predita,
Mater studiorum!
Est Corona credita,
Et in te reposita,
Urbs Parisiorum!

Ihesu pie! Ihesu bone!
Nostro nobis in agone
Largire victoriam.
Mores nostros sic compone
Ut perpetue corone
Mereamur gloriam.

II. In FESTO RELIQUIARUM, d. xxx[a] septembris.[1]

Nos ad laudes preclara
Corona monet:
Alleluia!

Et pro crucis vexillo
Corona sonet:
Armonia!

Veneremur Sanguinem
Et sacram Harundinem
Salvatoris!

Pro Pannis, Sudario,
Sonet, & pro Pallio,
Laus in choris!

Adoremus Lanceam
Et Cathenam ferream
Redemptoris!

Lintheum & Spongiam
Colamus, ad gloriam
Conditoris!

Pars de Christi tumulo
Presentata populo
Adoretur!

Consecrata Tabula
Cum Moysi virgula
Honoretur!

Lac & peplum Virginis
Et thesaurus sanguinis
Percusse Ymaginis
Nos ditarunt.

Sacra, Clemens, Blasius,
Preco Christi previus,

1 E codice prælaudato, ff. 66-67.

Et ſenex eximius,
Preſentarunt.

Per hec magnalia, repelle vicia,
Nos, Chriſte! firmans in gracia,
Ut, poſt preſencia vite preconia,
Tecum letemur in patria.

5°

Hymni Trecenſes.[1]

In feſto S. Helenæ Athyrensis, d. ivª maij.

1 Ad primas veſperas.

In Helena ſponſa & virgine,
Sponſum novo laudemus carmine!
Ut placens ſit laus nova, priſtine
Deponantur errores ſarcine!

Voce, voto, virginis Helene
Pſallat laudes ſenex cum iuvene!
Imo pſallat omnis concio
Et ſolenni concrepet gaudio!

Speciali refulget gaudio
Eccleſie Trecenſis concio,
Coram ſanctis membris virgineis,
Reſonando tubis argenteis.

Urbs Trecorum ſummo tripudio
Precioſo gaude de ſpolio!
Naturenſis amiſit regio
Quod Ioannis habes ingenio.

1 E *Breviario Trecenſi* (Trecis, ſ. a., ſ. XVI, in-12), f. lxx r° & v°.

Excubantes in laude ſeduli
Coram gleba ſacri corpuſculi,
Dicant omnes & dicant ſinguli :
Ave, ſalus Trecenſis populi!

Felix florem producit Grecia
Quem nunc felix habet Campania ;
Felix locus, felix eccleſia,
Floris huius vernans preſencia!

Imo felix quecumque patria
In Helene certat obſequia.
Felix locus! felix gloria!

2 Ad ſecundas veſperas.

Pange, lingua, glorioſe
Virginis preconium!
Atque mentis ulceroſe
Deponens flagicium,
Offer Deo gracioſe
Laudis ſacrificium!

Dei laudent officinam,
Vota, voces omnium!
Urbem tamen Trecacinam
Maius decet gaudium,
Propter datam medicinam,
Contra carnis vicium.

Ave, Deo deſponſata,
Patrona Trecenſium!
Porphirio preſignata
Per hybernum lilium,
Habens quoque, nondum nata,
Cum matre colloquium.

Duo ſimul hec patravit
Preclara miracula :
Quando nymbos impetravit
Ens ſub divo parvula,
Nulla tamen irrigavit
Cunas eius guttula ;

Quando templi celebrari
Contigit encenia,
Hec debere dedicari
Pro Marie gloria,
Palam fatur, licet fari
Negaret infancia.

III

EPISTOLAE ET INSTRUMENTA

EPISTOLÆ
ET
INSTRUMENTA,
AD
EXUVIAS CONSTANTINOPOLITANAS
IN OCCIDENTEM TRANSLATAS,
SPECTANTIA.

1204, 5 aug. I Incisæ.

Commune Incisæ crucem cum Ligno Domini & bursam meliga plenam, a Bonifacio, marchione Montisferrati, de Constantinopoli missas, solemniter recipit.[1]

[Turzano, *Storia Astese* (1515?), cap. 2; — Molinari, *Storia d'Incisa* (Asti, 1810, in-8°), I, pp. 195-199; — Michaud, *Hist. des Croisades*, IVe éd., t. III, pp. 631-632.]

ANNO nativitatis Domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo quarto, ind. vij, die v vel non. augusti, in oppido Incise Montisferrati, in ecclesia parochiali collegiata S. Ioannis Baptiste, intra menia & fortificationes eximij huius castri, & in pleno consilio ibi per campanam collecto, in quo interfuerunt Laurentius Craveria & Manfredus Ter-

1 Fictitium istud documentum, de quo supra in *Præfatione Tomi I* disseruimus, necnon tria alia, ad suum locum inferius inserta, italicis distinximus typis.

zolius consules, Cesar Molinari, Alphontius Rota, Henricus Pignari, Antonius Suavis, Laurentius Palazolius, Alexander Bitius, & Alphontius Scapacinus, novem ex duodecim familiis originariis antiquioribus & nobilibus, necnon Horatius Baltutius, Hyeronimus Balda & Hypolitus Ruellus, tres ex aliis familiis, integrum consilium componentes, iuxta localia antiquissima statuta civitatis iam Trium-Lancearum, nunc Incise; excellentissimus dominus noster Henricus, marchio Incise, Valij, Montisbarutij, Fontanilis, Ricaldoni, Carentini, Borgomaschi, Castrinovi, Incise, Cerrete & Bethonice, secutus a magnificis dominis auditore & gubernatore marchionatus, Aloisio Panizono, pretore seu iudice ordinario, Ioanne Baptista Rota, eius l. t. Petro Roffredo, eiusque cancellario Antonio Angelerio, ac omnibus capitaneis & officialibus militum rite paratis, coram omnibus suprascriptis & populo ibi congregato, comparuerunt egregij domini Iacobus ex marchionibus Incise, quondam Alberti, & Antoniellus Molinari, predicti consiliarij Cesaris filius, ambo capitanei equitum serenissimi Bonifacij, marchionis Montisferrati, & supremi ducis christianarum omnium potentiarum, qui declaraverunt se contulisse militando cum eodem serenissimo Bonifacio eorum duce ad magnam Constantinopoli civitatem, &, illa capta ab ipso serenissimo duce, redivisse una cum gloriosissimo eius filio Gulielmo ad civitatem Casalis Montisferrati, & in eam Alexium imperatorem illum, victum & captum, cum uxore & filiis eius, traduxisse, & per hanc eorum patriam nunc transeuntes, donavisse, sicuti ei donant, & remittunt, acceptantibus pro ea domino Henrico marchione, eximioque publico consilio antedictis, crucem unam argenteam *longitudinis palmi unius cum dimidio circiter, in qua posita vel firmata est gemma una pro qualibet extremitate, & in medio eius posita & firmata alia parva crux de ligno vere Crucis Domini nostri Iesu Christi, quam crucem ipsi egregij domini capitanei equitum, Iacobus*

ex marchionibus Incise, & Antoniellus Molinari dixerunt, affirmarunt & iurarunt, dicunt, affirmant & iurant detulisse ab ipsa civitate Constantinopoli, eamque cepisse inter alias res, quando illa civitas fuerat capta ab ipso serenissimo duce Bonifacio, sub die duodecima nunc elapsi mensis aprilis, & quarta hebdomade sancte, quamque & ipse excellentissimus dominus Henricus marchio pre manibus accipiendo, nomine suo & consilij publici huius oppidi, reverenter tradidit & remisit admodum reverendo domino preposito huius ecclesie parochialis collegiate S. Ioannis Baptiste, Roberto Lando, ut eam populi venerationi exponeret, uti solemniter fecit, & imposterum in dicta ecclesia, nomine suo & comunitatis diligenter custodiret, uti solemniter etiam promisit. Translatis inde supradictis omnibus in huiusdem comunitatis consularem aulam, ipsi egregij domini capitanei equitum, Iacobus ex marchionibus Incise, & Antoniellus Molinari, tradiderunt, & donaverunt eorum patrie (quibus supra acceptantibus) bursam unam *capacitatis octave partis stadij unius, de hac mensura* plenam de semine, *seu granis de colore aureo & partim albo, non amplius antea visis in regionibus nostris, que dixerunt detulisse ab una provincia Asie Natolia dicta, per quam cum equitibus suis incursiones executi erant tempore circumvalationis magne illius civitatis Constantinopoli, & vocari* meliga, *que tractu temporis magnum redditum & subsidium patrie compararet. Quam bursam & seminis grana, uti supra meliga dicta, prelibati excellentissimus dominus Henricus marchio, & magnifici consules in hoc publicum archivium consulare tradiderunt pro seminatione & collectione promissi fructus ad huius populi utilitatem, si terre qualitas, aer & cultura favebunt, uti sperant. Pro quibus muneribus, omnes uti supra collecti gratias egerunt nomine patrie dictis egregiis dominis capitaneis equitum, Iacobo ex marchionibus Incise & Antoniello Molinari, & pro ipsorum munerum memoria chartam hanc fieri rogarunt, cui testes interfuerunt omnes supradicti.*

Et scripsi ego Laurentius Ferrarius, publicus imp. auctoritate notarius, & huius communitatis cancellarius.

1204, 4 nov. II Romæ.

Innocentius III potestatem & populum Ianuenses hortatur, ut prædatores munerum, a Balduino I missorum, ad restituendum cogant.

[*Ep. Inn. III.*, VII, 147 (Potth., nº 2318); — Raynaldus, ad ann. 1204 *(fragm.)*; — Bréquigny, II, ij, p. 561; — Migne, II, col. 433.]

Grave gerimus & indignum, nec ulterius possumus sub dissimulatione transire, quod plurimi Ianuenses nobis iniuriam pro honore, offensam pro gratia, & maleficia pro beneficiis rependentes, sacrosanctam Romanam ecclesiam, tam in capite quam in membris graviter persequuntur, benignitate nostra nequiter abutentes, ut, quia nos ad indulgendum sibi sepe faciles ac favorabiles invenerunt, ipsi ad offendendum nos proni semper inveniantur & prompti. Nuper enim, cum charissimus in Christo filius noster Balduinus, Constantinopolitanus imperator illustris, per dilectum filium, fratrem Barrochium, dudum in Lombardia domorum Templi magistrum, ad exhibendas sue devotionis primitias quedam nobis donaria destinaret, videlicet: *Carbunculum unum emptum*, ut asserit, *mille marcas argenti, unum annulum pretiosum, examita quinque, palliumque peroptimum ad altaris ornatum;* & per eumdem ad opus Templi transmitterat: *duas iconas, unam habentem tres marcas auri, & aliam decem marcas argenti, cum ligno vivifice Crucis & multis lapidibus pretiosis, duas cruces aureas, & inter topazios, smaragdos & rubinos pene ducentos, unam crystallinam ampullam, & duos scyphos argenteos,*

unam sacellam desuper deauratam, duas capsellas, & unam ampullam argenteas, & insuper *quinquaginta marcas argenti*. Henr[icus] Belamuto & W[illelmus] Portus [Veneris], cives vestri, cum septem galeis in portu de Mothone, ei supradicta omnia nequiter abstulerunt, quamvis ex parte nostra & imperatoris predicti fortiter reclamaret, & diligenter exponeret, quantum civitas Ianuensis propter hoc posset incurrere detrimentum; qui, cum nullo modo proficeret apud illos, tandem eis videntibus universa distinxit, ostendens que ad domum Templi, & que ad sedem apostolicam pertinerent. Cum igitur apostolice sedis iniuria & predicti imperatoris offensa, vobis nec ad honorem proficiat, nec ad profectum accedat, devotionem vestram monemus & hortamur attentius, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus prenominatos cives vestros ad restituenda ablata efficaciter compellatis, & ea in manu venerabilis fratris nostri [Ottonis] archiepiscopi vestri, faciatis integre resignari. Alioquin, cum negligere perturbare perversos, nihil sit aliud quam fovere, nec carent scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinit obviare, noveritis, nos eidem archiepiscopo, sub debito fidelitatis, in virtute obedientie, iniunxisse, ut, remoto cuiuslibet appellationis obstaculo, malefactores predictos cum complicibus suis, pulsatis campanis & candelis accensis, excommunicationis mucrone percellat, & civitatem vestram generali subiiciat interdicto: ita, quod preter baptisma parvulorum, & penitentias morientium, nullum in ea divinum officium celebretur; &, si nec sic fuerit satisfactum, manus nostras in vos curabimus durius aggravare, predictus etiam imperator dignam sumet de vobis pro tanta presumptione vindictam.

Datum Rome, apud S. Petrum, ij non. nov.

1204. III ?

Philippus, imperator, ecclesiæ B. M. V. in Trajecto, particulam S. Crucis mandat.

[Gretserus, *Tomus III de S. Cruce*, p. 351; — Outreman, *C. P. Belgica*, p. 640.]

Nos Philippus Constantinopolitanus Grecorum imperatro, &c.

Ex relatione sanctissime ecclesie nostre Traiecti superioris, Leodiensis diocesis, ubi, ex relatu quamplurimorum fide dignorum percepimus fore reliquias quamplurimas, pietate moti, & magis devotione inflammati, ad augmentandum devotionem fidelium, transmisimus nostras reliquias, nostrique nobilissimi thesauri, partem S. Crucis *Redemptoris nostri, balsamo unctam, ad principalem ecclesiam in honore b. Marie Virginis, ut cunctus populus in eadem ecclesia devotionis accessum habeat, & nostrum apud Deum meritum magis augmentetur, & merita fidelium diffusius amplientur.*

Sub anno nostri Salvatoris MCCIV, anno nostro IV. Philippus II, imperator.

1205 (mart.?) IV Constantin.

Nivelo de Cherisiaco, ep. Suessionensis, ecclesiæ & capitulo Suessionensi reliquias mittit.

[Bibl. nat. Paris., coll. Grenier, v. XLVI, f. 119; — coll. Moreau, v. CVI, f. 205; — versio gallica: Dormay, *Hist. de la ville de Soissons*, p. 185.]

Nivelo, divina miseratione Suessionensis episcopus, karissimis in Christo filiis, fratribus & amicis, R[adulpho]

prepoſito, I[ohanni] decano, totique capitulo Sueſſionenſi, ſalutem & ſincere in Domino dilectionis affectum.

Licet ab invicem corpore ſeparemur, teſtis eſt nobis qui ſcrutator eſt cordium, quia vobis iungimur inceſſanter unitate ſpiritus & vinculo caritatis, & id ipſum de veſtra fraternitate ſperamus, non de noſtris meritis preſumentes, ſed & de inſita vobis bonitate, qua infirmitates noſtras multimodas & defectus ſemper portaſtis cum patientia, in ſpiritu lenitatis. Scimus quidem, fratres kariſſimi, quod de paterna hereditate vel bonis parentum ſemen expenſarum noſtrarum non hauſimus, quod ſeminavimus in regionibus alienis, unde noſtre carnis heredes, vel propinqui ſanguinis hereditarie fructum debeant metere temporalem. Omnia enim de patrimonio Crucifixi, de bonis matris eccleſie Sueſſionenſis provenerunt, que quaſi de utero nos ſuſcepit, ubere lactavit materno, & uſque in hodiernum diem anime noſtre & corpori, affectu puriſſimo, preſtitit alimenta. Inde eſt quod acquiſita a nobis in partibus Romanie (que, ſi iuſte nobiſcum agitur, modica non exiſtunt) non carni aut ſanguini legare decrevimus, iure hereditario devolvenda, ſed ſancte Sueſſionenſi eccleſie, cui, poſt Deum, totum attribuimus id quod ſumus, ſi tamen, apud dominum imperatorem Conſtantinopolitanum, modicum invenire poſſimus gracie vel favoris, quanquam de eo tanta meruerimus quanta ipſe, licet ſit potentiſſimus & perdives, ſolvere vel retribuere non ſufficiat ad perfectum. O qui tam procul a vobis ſuſternimur, utilitatibus aliorum, bovis laborem, ſacrificium, licet indigni, Domino immolantes, quam libenter apud vos vobiſmet vacaremus, offerentes Domino turturem vel columbam, cum Propheta dicentes : « Quis dabit « mihi pennas, ſicut columbe? & volabo & requieſcam. » O qui diu pro Lia ſervivimus cum remotis, quam libenti

animo pro Rachele vobiscum Domino serviremus! Verumtamen desiderium & spes bona complendi quod vovimus, nostrum adhuc suspendit animum, affectantem plurimum ut, ad recuperationem terre in qua steterunt pedes Domini, quoquo modo possemus, fructuosum aliquod subsidium impertiri (si forte nostris hec agenda temporibus!), divine Providencie complaceret! Noveritis autem quod, per gratiam Dei, solito nobis melius est corporis sospitate: multis tamen laboribus & tribulationibus fatigati, spem firmam habemus in Domino, quod, vestris & amicorum nostrorum orationibus nos de hiis omnibus liberabit. Dilectioni autem vestre ad presens, de preciosissimis que apud nos sunt (reliquiis),[1] vobis per latores presencium transmittimus, multo desiderio affectantes & supplicantes Domino, ut ad vos perveniant que mittuntur, & excitetur erga Salvatorem devotio plurimorum. Hec autem sunt: *Corona capitis beati Marci evangeliste; reverendissimum caput beati prothomartiris Stephani; digitus beati Thome apostoli,* de quo ad eum Dominus: « Affer digitum tuum huc, mitte in « latus meum »; *una spina de Corona Domini; de linteo quo precinxit se Dominus; de peplo beate Virginis,* que nulla ratione a nobis pateremur avelli, nisi nos cogeret caritas, in cuius pignus & signum vobis, tanquam nobis ipsis, ea vestre custodie commendamus.[2]

1205 (mart.?) V Constantin.

Idem monasterio S. Mariæ Suessionensis cingulum B. M. V. mittit.

(Documentum deperditum: v. supra *Tom. I*, p. 7.)

1 Reliquiis *deest in textu latino, addente autem versione gallica.* — 2 *Sub fine add.* Moreau: « *Arch. de la cathédrale de Soissons, layette* 109, *liasse* 4 »

1205 (mart.?) VI Conſtantin.

Idem monaſterio S. Iohannis in Vineis brachium S. Iohannis Baptiſtæ mittit.

(Documentum deperditum: v. ſupra *Tom.* I, p. 7.)

1205, ante 14 apr. VII Sueſſionis.

Lambertus Noviomenſis, Balduini I capellanus, monaſterio S. Iohannis in Vineis reliquias quamplures, e Conſtantinopoli allatas, largitur.

[Bibl. nat., ſupp. lat. 11004, ſer. G., f. 121; — verſio gallica: Dormay, *Hiſt. de la v. de Soiſſons*, p. 187, & Louen, *Hiſt. de S. Jean des Vignes*, p. 266.]

Ego, Lambertus Noviomenſis, Balduini Conſtantinopolitani imperatoris illuſtris, Flandrie & Hanonie comitis capellanus, & prepoſitus eccleſie Sancti Michael Conſtantinopoli, notum facio tam preſentibus quam futuris quod pro ſalute anime mee & parentum meorum, eccleſie Beati Iohannis in Vineis Sueſſione, de ſanctis reliquiis, quas in Conſtantinopoli in ſervitio domini mei imperatoris, per Dei miſericordiam, adquiſivi, dedi in eleemoſinam. Sunt autem iſte reliquie quas dicte dedi eccleſie: *Una crux magna de ligno Domini; unum vas aureum rotundum, in quo repoſitum eſt de ſanguine Chriſti; unum vas argenteum, in quo oleum ſancti Demetrij continetur, & aliud argenteum in quo unum de oſſibus eiuſdem habetur; unum brachium ſancti Andree apoſtoli; unum brachium ſancti Pantaleonis martyris; una magna pars de brachio ſancti Blaſij martyris; una magna pars de brachio ſancti Nicholai, glorioſiſſimi confeſſoris; due dimidie coſte ſancti*

Clementis, pape & martyris; duo dentes sancti Thimothei, discipuli sancti Pauli apostoli; de vestimento & lecto beate Marie Virginis; de manna sepulture beati Iohannis evangeliste.

1205, ante 14 apr. VIII Constantin.

Balduinus I, Philippo-Augusto, Francorum regi, reliquias e capella Buccaleonis desumptas, mittit.

(Documentum in nº XIV recensitum, nunc autem deperditum.)

1205, 24 apr. IX Bellovaci.

Philippus de Dreux, Bellovacensis episcopus, testatur se in novam capsam quasdam transtulisse reliquias (partim e C. P. missas).

[Louvet, *Hist. du diocèse de Beauvais* (1635, in-8º), II, p. 323.]

Philippus, Dei gratia Beluacensis episcopus, omnibus ad quos litere iste pervenerint, salutem.

Presenti scripto voluimus memorie commendari, quod nos in presenti theca, Beluaci, in ecclesia Beati Petri reposuimus reliquias istas, presentibus multis viris & honestis: *Corpus b. Ebrulphi, de ligno S. Crucis, de vestibus b. Marie, de capillis b. Iohannis Baptiste, & de ligno super quo fuit decollatus b. Iohannes Baptista, de ossibus bb. Gentiani, Fusciani & Victorici, de ossibus b. Firmini martyris.*

Acta sunt hec die dominica, viij cal. maij, domini Innocentij pape pontificatus anno viij, regnante serenissimo Francorum rege Philippo, anno Domini MCCV.

1205, 27 iul. X-XIII Romae.

Innocentius III A[ndream] regem Hungariae hortatur, ut ea quae G., clerico Benedicti card. tit. S. Suzannae, ablata fuerant, ipsi restituere faciat.

[*Inn. III Epist.*, VIII, 27 (Potth., nº 2567); — Bréquigny, II, ij, p. 762; — Migne, II, col. 702; — Dobner, *Monum.*, II, p. 359; — Katona, *Hist. crit.*, V, p 4; — Fejer, *Cod. dipl.*, III, i, p. 22.]

Providendum eſt regie poteſtati, ut euntes & redeuntes per terram ſuam, valeant ſecure tranſire, ne regnum videatur carere rectore, ſi ſubditi ad res alienas extendant manus ſuas. Accepimus autem, dilecto filio, G., clerico venerabilis fratris noſtri B[enedicti] Portuenſis epiſcopi, conquerente, quod Georgius, frater Sawin, Rodominus & Gojan ei, de ultramarinis partibus redeunti: *quinque baldachinos, duo examita, unum rubeum, & alterum ialinum, & aliud examitum auro contextum, duo pallia, quinque carpetas, tres ampullas balſami parvas, tres ſacculos de ligno aloes, quinquaginta & tres buccararios, quinquaginta & duos camelotos, chirothecas, marſupia & margaritas, grammata, pannos ſaracenicos, & unum ſcrinium, ubi erant reliquie, & crux aurea, in qua erat de ligno Domini, duodecim vaſa eburnea, duo texta evangelij de argento, in quibus erant reliquie, viginti & quinque annulos, quorum unus magnum hyacinthum habebat, quingentos mazamutinos, & alios pannos, & libros,* per violentiam abſtulerunt. Cum igitur iidem malefactores ſub tuo dominio morari dicuntur, ſerenitatem regiam monemus attentius & hortamur, quatenus dictos malefactores, ut ablata cum integritate reſtituant, & de illatis damnis ſatisfaciant competenter, tradita tibi poteſtate compellas; reſtituta vero tamdiu iubeas apud diocesanum epiſcopum cuſtodiri, donec per fidelem

nuntium una cum predicto clerico facias nobis illa deferri.

Datum vj kalendas augusti.

Scriptum est super hoc [Iohanni], Colocensi archiepiscopo.
Item [Calano], Spalatensi archiepiscopo.
Item [Bernardo], Quinquecclesiensi episcopo.

1205, 5 sept. XIV S. Dionysij.

Philippi de Dreux, ep. Bellovacensis, Stephani de Nemours, ep. Noviomensis, & Gaufridi, ep. Silvanectensis, testimonium de reliquiis, a Balduino I ad Philippum-Augustum missis.

[Félibien, *Hist. de Saint-Denys*, pr., p. cxv.[1]]

Philippus, Dei gratia, Belvacensis, Stephanus Noviomensis, Gaufridus Silvanectensis, episcopi, omnibus ad quos littere presentes pervenerint, salutem in salutis Auctore.

Universitati vestre intimamus & testificamur presentibus, nos in Exaltatione sancte Crucis apud Beatum Dionysium convenisse, & sanctas reliquias, domino regi Francorum ab imperatore Constantinopolitano transmissas, & penes eundem locum a domino rege repositas, ad Dei gloriam & honorem ac salutem fidelium exaltasse & palam fecisse. Sunt autem he reliquie quas predictus imperator per fidelem nuncium, cum litteris suis patentibus aureo sigillo signatis, transmisit: *De ligno Crucis dominice* longitudine unius pedis aut amplius; *de capillis Domini; una de spinis spinee Corone* quam capiti eius plebs perfida Iudeorum imposuit; *de veste* in qua nutri-

1 Cum *Chartulario S. Dionysij*, I, cap. 71 (*Archiv. nation. Gall.*, LL., 1157, f. 63 r & v°), collatum.

tus fuit; *de purpura* in qua ante Pilatum a militibus ipsius fuit illusus tempore Passionis; *una de costis beati Philippi apostoli, & unus dens eiusdem.* Reliquias istas quas diximus, propriis oculis inspicere, osculari & adorare, Domino miserante, meruimus, vos omnes attentius commoventes ut eas requirere ac venerari curetis, scituri quod nos, potestate nobis a Deo commissa, omnibus qui eas requisierint septimam partem sibi iniuncte penitentie relaxamus, peccata oblita remittimus, de fractis votis si ad ea redierint, de parentum offensis, si tamen in eis manus nequaquam iniecerint, eos absolvimus, & ab Exaltatione sancte Crucis usque ad octavas Pasche durabit hec nostra remissio.

Actum apud Beatum Dionysium, anno Domini millesimo ducentesimo quinto, mense septembri.

1205, oct. XV Catalauni.

Nivelo de Cherisiaco, episcopus Suessionensis, ecclesiæ S. Stephani Catalaunensis cubitum eiusdem sancti largitur.

[*Gallia Christiana*, X, p. 129; — Gousset, *Actes de la prov. de Rheims*, II, pp. 337, 338.[1]]

Nivelo, Dei gratia Suessionensis episcopus, omnibus sancte matris Ecclesie filiis, tam presentibus quam futuris, in Domino salutem.

Noverit universitas vestra quod, cum nos crucem Domini suscepissemus, & Constantinopolim cum Gallicis & Venetianis profecti, captioni civitatis cum primis ingredientibus humiliter per Dei gratiam interfuissemus, &,

1 Cum charta originali, in archivo cathedr. Catalaunensis asservata, a rev. dom. Des Champs, vicario generali, diligentissime collatum.

B[alduino], comite Flandrenſi, facto imperatore, moram inibi[1] diu feciſſemus, date fuerunt nobis reliquie de corpore beatiſſimi protomartiris Stephani, quas cum debita devotione & veneratione ſuſceptas, digniſſime reſervavimus. Poſtea vero, capto ipſo imperatore, miſſi fuimus a principibus exercitus ad dominum papam & ad regnum Francorum, propter ſuccurſum eiuſdem terre, per quam[2] hereditatem Domini orientalem, a paganis obſeſſam, recuperari credebamus, & ita proſperum & properum iter agentes, Catalaunum, Domino ducente, pervenimus, ubi, ab Hugone decano & univerſo capitulo eccleſie predicti beati protomartiris Stephani, honorifice recepti fuimus. Nos autem honorem & reverentiam nobis, non noſtris meritis ſed intuitu divine pietatis exhibitam, conſiderantes, quum[3] ipſa maior eccleſia fundata erat in honorem ipſius protomartiris, de reliquiis quas nobiſcum deferebamus, *cubitum* ipſius *glorioſi primi martiris*, quem veraciter, ſicut ex[4] teſtimonio Grecorum & litterarum[5] perpendi poterat, de corpore ſuo aſſumptum credebamus, eccleſie dedimus, & ſuper altare cum[6] *vaſe cryſtallino* publice ac ſolemniter obtulimus, & illum ſtatim, cum multa cleri & populi devotione & gratiarum actione recipi vidimus. Unde univerſitatem veſtram monemus & attentius[7] exhortamur in Domino, ut, eccleſiam illam[8] ob reverentiam tantarum reliquiarum cauſa peregrinationes adeuntes, eleemoſynas veſtras conferatis, quarum medietatem ad opus ipſius eccleſie, & medietatem ad pontem[9] civitatis edificandum inſtituimus expendi, de conſenſu & voluntate capituli. Nos igitur, de Dei miſericordia, & glorioſe virginis Marie, & ipſius protomartiris meritis & interventione confiſi, omnes Cata-

1 Inibi *d. in orig.*; — 2 quem (*G. Chr.*); — 3 quod (*G. Chr.*); — 4 & (*G. Chr.*); — 5 Latinorum (*G. Chr.*); — 6 cum *d. in* (*G. Chr.*); — 7 attentius *d. in* (*G. Chr.*); — 8 illam *d. in* (*G. Chr.*); — 9 ipſius *add.* (*G. Chr.*).

launenſis eccleſie predicte benefactores, crucis dominice quam gerimus &[1] peregrinationis ad quam, ipſo Domino permittente, reverſuri ſumus, confratres & participes eſſe concedimus,[2] ut Deus & Dominus noſter, propter devotionem veſtram, vobis & veſtris, animarum & corporum ſalutem & vitam eternam conferre dignetur.

Actum anno incarnati Verbi MCCV.

1205 (13 oct.?) XVI Sueſſionis.

Idem Helvidi, abbatiſſæ S. Mariæ Sueſſionenſis, reliquias plures Conſtantinopolitanas concedit.

[Dormay, *Hiſt. de Soiſſons*, II, p. 577; — D. Germain, *Hiſt. de N. D. de Soiſſons*, I, p. 445; — Marlot, *Hiſt. eccl. Remenſis*, III, p. 468.]

Nivelo, Dei gratia Sueſſionenſis epiſcopus, cariſſime nepti ſue Helvidi, venerabili abbatiſſe & conventui S. Marie Sueſſionenſis, dilectis in Chriſto filiabus, ſalutem & orationes in Domino.

Cum quodam ſpeciali dilectionis privilegio ſinceriſſime charitatis viſceribus, vos & eccleſiam veſtram ſpiritualiter amplexemur, ſolliciti plurimum & intenti veſtrum & eccleſie veſtre honorem promovere, de precioſiſſimis reliquiis quas in reverſione ſancte peregrinationis noſtre a civitate Conſtantinopolitana deferri fecimus, vobis & eccleſie veſtre obtulimus, ſcilicet: *Coronam b. Virginis, & imaginem ipſius, & de camiſia eiuſdem; caput Iude ſeu Thadei apoſtoli; brachium ſancti Euſtachij martiris; de faſcia qua involutus fuit Dominus puer Ieſus; de ſandalio Domini & ſindone munda; de ligno mirifice Crucis; de*

1 Et d. in (G. Chr.); — 2 confidimus (G. Chr.).

ſancto Clemente; de lecto beate Virginis; de capillis ſancti Gregorij; de ſancto Pantaleone; de ſancto Baſilio; de pellicio Helie prophete; firmam habentes fiduciam in Domino quod ex earum preſentia excitabitur fidelium devotio plurimorum. Et ut his fides indubitata habeatur, preſentes litteras, ſub ſigilli noſtri teſtimonio, vobis & eccleſie veſtre duximus indulgendas.

Actum anno Verbi incarnati MCCV.

1205 (13 oct.?) XVII Sueſſionis.

Idem, monaſterio de Longoponte, caput ſ. Dionyſij Areopagitæ cum una cruce de Ligno Domini mittit.

(Documentum deperditum; v. ſupra *Tom. I*, p. 8.)

1205. XVIII Sueſſionis.

Idem Philippo, marchioni Namurcenſi, Sanctum Sanguinem largitur.

[Miræi *Oper. diplom.*, III, p. 369; — Rayſſius, p. 7; — Galliot, V, p. 362.[1]]

Nivelo, Dei gratia Sueſſionenſis epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus, in perpetuum ſalutem.

Noverit univerſitatis veſtre diſcretio, quod pretioſum & ſanctum Chriſti ſanguinem, a regia civitate Conſtantinopolitana noſtre peregrinationis laboribus allatum, ad petitionem principis illuſtris, Philippi marchionis Namurcenſis, eccleſie S. Albani in Namurco habendum, de

1 Cum tranſumpto quodam, ex originali a canonico de Warick (*Sacra dioc. Namurcenſis chronologia*, Bibl. reg. Bruxell., 19668, f.47 r°) exarato, collatum.

mera liberalitate & ſana diſpenſatione[1] contulimus. Veſtram ergo devotionem precamur & exhortamur[2] in Domino, quatenus tantum[3] ſanctuarium, omni reverentia & veneratione dignum, totius devotionis affectu & fidei conſtantia, ſuſcipiatis diligenter & honoretis.

Actum anno gratia MCCV.[4]

1205. XIX Conſtantin.

Allelmi de Fontanis, militis, ad Lauretam uxorem ſuam epiſtola, qua teſtatur reliquias, a Wiberto capellano de Conſtantinopoli ad Longum-pratum allatas, ſeipſum miſiſſe.

[Haud ſecus ac plura alia documenta, ad eaſdem reliquias ſpectantia, nunc deperdita; v. ſupra *Præfationem* & *Tom. II*, p. 17.]

1205. XX Longi-prati.

Hugo de Fontanis, miles, in adventu reliquiarum Conſtantinopolitanarum, nonam in collegiata Longi-prati præbendam fundat.

[Bibl. nat. Pariſ., Coll. D. Grenier, v. 244, f. 111; — Coll. Baluze, arm. II, p. I, f. 220 v°, e *Chartulario Longipratenſi* nunc deperdito.]

Univerſis in Chriſto fidelibus ad quos littere iſte pervenerint, Hugo de Fontanis ſalutem in Domino.

Quoniam divine largitas bonitatis eccleſiam de Longoprato, cuius exiſto patronus, ſanctiſſimarum reliquiarum [copia] dignata eſt illuſtrare, nec tante largitionis ingratus

1 Diſpoſitione (*Rayſ.*); — 2 hortamur (*Rayſ.*); — 3 tantum *add. Rayſ.*; — 4 milleſimo ducenteſimo OCTAVO, *ſed prave de Warick*, qui tamen chartam originalem, necnon ſigilla, accurate deſcribit.

existens, in ea ecclesia divinum servitium ampliare curavi, Deo, & beate virgini Marie, & sanctis quorum reliquias suscepimus devota oblatione conferens, ad firmandam prebendam nonam, redditus quorum nomina subscribuntur: videlicet terragium de Vairi; terragium de Novavilla in nemore; decimam terragij mei in sartis Abbatisville; decimam censuum de Vairi in denariis & xx capones, & in pedagio de Harenis centum sol. Contulerunt &, ad luminare ecclesie, frater meus Isembertus decimam mercati de Sancto Maxentio, & Galterus frater meus decimam terragij de Martegnivilla. Et hanc donationem tenendam perpetuo super sanctas reliquias, ego & ipsi iuravimus & presenti scripto confirmamus.

Actum anno Verbi incarnati millesimo ducentesimo quinto, presentibus multis.

1205. XXI Constantin.

Petrus Capuanus, card. tit. S. Marcelli, Roberto de Castellione episcopo & capitulo Lingonensibus, Walonem de Domna-Petra, caput s. Mamantis de Constantinopoli ad Lingonas allaturum, commendat.

[Martène, *Thes. Anecdot.*, I, col. 798-800; — *Inn. III opera*, ed. Migne, IV, col. 132-134.]

Venerabili in Christo patri & amico carissimo (Roberto), Dei gratia episcopo & dilectis in Christo fratribus capitulo Lingonensi, P[etrus Capuanus], divina permissione tituli sancti Marcelli presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem in Domino sempiternam.

Eo zelo & caritatis affectu ecclesiam vestram diligimus, ut ea velimus & affectemus agere, que ad ipsius honoris exaltationisque augmentum, ad laudem Dei ac

sanctorum possint gloriam provenire. Vestre itaque fraternitati presentibus innotescat, quod inter alias sanctorum reliquias, que fuerunt in manus bone memorie Trecensis episcopi a peregrinis in captione Constantinopolis resignate, caput gloriosi Mammetis martiris ad ipsius Trecensis manus pervenit. Quod, cum dilectus in Christo filius, Gualo de Damna-petra, devotus filius & utile ecclesie vestre membrum, vir vite honeste & boni testimonij in exercitu Latinorum, per relationem eiusdem episcopi, comperisset, post ipsius decessum, sicut frequenter antea laboraverat, & requisierat diligenter a nobis, cum multa instantia & precum supplicatione quesivit reliquias memoratas ad vestram ecclesiam, que in honore prenominati fabricata est martiris, deferendas. Nos autem, ut de ipsis reliquiis plene certificari possemus, accedentes ad domum episcopi, in qua erant eedem reliquie, cum multis aliis, titulum subscriptum grecis litteris in argento ipsi capiti circumducto, per quemdam monachum familiarem nostrum, peritum grecis litteris, coram nobis legi fecimus diligenter, & comperto in veritate quod ipsius martiris essent reliquie, prefato Gualoni presbytero, pro ecclesia vestra concessimus & dedimus leta manu, utpote qui ad ipsius honoris augmentum inveniri cupimus promtiores. Idem etiam Gualo seipsum & nos volens magis super eo certificare, quemdam presbyterum N. nomine, boni testimonij virum, ad presentiam nostram duxit, qui in verbo veritatis coram nobis asseruit, quod cum quidam abbas & monachi Greci, qui erant in quodam monasterio sub vocabulo ipsius martiris fabricato, caput sancti Mammetis vidissent, cum magna reverentia lacrymantes, ante ipsas reliquias prociderunt, supplicantes ipsi G[ualoni] presbytero, ut eas in ecclesia sua mererentur habere, pro ipsis multam pecuniam promittentes. Ad huius etiam rei maiorem inquisitionem,

quemdam clericum, familiarem noſtrum, cum ipſo G[ualoni] & presbytero memorato, ad idem monaſterium curavimus deſtinare, qui nobis veridica relatione narravit, quod abbas & fratres predicti monaſterij ſibi dixerunt, quod ille reliquie quas presbyter G[ualo] penes ſe habebat, beati martiris Mammetis erant, que per quemdam calogerum, id eſt bonum ſenem, monachum videlicet de terra illa in qua martir ipſe paſſus fuerat, cum aliis reliquiis quatuor ſanctorum Conſtantinopolim fuerant deportate. Cui calogero cogitanti ubi poſſet ipſas reliquias honorifice collocare, ipſis monachis aſſerentibus, datum eſt in ſomno reſponſum, ut ad eccleſiam b. Mammetis que, ſumtibus Yſachij, imperatoris Conſtantinopolitani, de novo tunc fabricabatur, eas portaret, nec laboraret aliam eccleſiam fabricare. Qui etiam monachi, coram predicto clerico noſtro, ipſi G[ualoni] attentius ſupplicarunt, ut ipſas reliquias portaret ad ſuam novam eccleſiam, quia parati erant magnam commutationem pro ipſis ſibi facere, vel pecunie, vel rei alterius magis care, promittentes etiam ſeipſum G[ualonem] perpetuum dominum habituros, ſi reliquias ſibi daret. Cum itaque ſepedictus G[ualo], tam pro inquirendis & habendis prenominatis reliquiis, quam pro exaltatione & honore veſtre eccleſie ſemper fuerit ſollicitus & attentus, & poſt ipſas habitas relinquens quidquid honoris & boni habebat Conſtantinopoli (qui profecto cuſtodiam cantorie in eccleſia Sanctorum XL Martirum, que una eſt de maioribus triginta prepoſituris, & cuſtodiam alterius prepoſiture quam de triginta in ipſa urbe habebat), multoſque alios preponens honores, ut poſſet tantum obſequium eccleſie veſtre impendere, ad eam ipſas preclaras reliquias deferendo, ad vos, omnibus omiſſis, cum gaudio & tanto patrono veſtro ſtuduerit re-

meare, ipsum autem devotum filium & ecclesie vestre membrum utile, fraternitati vestre duximus, pro sue devotionis ac probitatis merito, propensius commendandum, quatenus eumdem, pro tanto in posterum utili ac memorando ecclesie vestre[1] per ipsum collato obsequio, affectuosius diligentes, taliter eius laborem & studium remunerare curetis, ut idem ex decreto[2] fiat devotior, ac alij, eius animati exemplo, ad obsequiorum ecclesie vestre portanda onera fortius accingantur. Nos vero secundum ea que vidimus & audivimus, veritati testimonium perhibentes, rogamus in Domino, ut prenominatas reliquias, cum honoris reverentia & omnimoda devotione, suscipientes, inter cetera que pretiosa erga vos habentur, velitis habere precipue chariora, gratum Deo & ipsi acceptum prebentes martiri famulatum; nobis quoque, qui pro exaltatione vestre ecclesie semper solliciti fuimus & intendimus laborare, participium orationum vestrarum reddatis, &, ad memoriam nostri habendam, nomen nostrum in vestro kalendario subscribatis.

1205. XXII Carnoti.

Conventio facta inter Katerinam, comitissam Blesensem, & clerum ecclesiæ Carnotensis, qua, de oblationibus ad caput s. Annæ a Ludovico comite Blesensi e Constantinopoli ad Carnotum missum, centum solidi annuatim debeant prælevari, pro prædicti comitis anniversario.

[Documentum deperditum; cf. *Necrologium Carnotense*, III, p. 89.]

1 *Sic corr.*, nostre (*Martène*); — 2 *sic* (*M.*).

1206, mart. XXIII Constantin.

Henricus, moderator Romaniæ, Philippo, Namurcensi marchioni, quasdam mittit reliquias, e capella Buccaleonis desumptas.

[Miræus, *Donationes Belgicæ*, p. 174; — Id., *Notit. ecclesiarum Belg.*, p. 518; — Id., *Opera diplom.*, I, p. 405; — Outreman, p. 638; — Vredius, *Geneal. com. Flandriæ*, pr. I, p. 203; — Rayssius, *Hierogaz. Belgicum*, p. 6; — *Ann. de la Soc. arch. de Namur*, IX, p. 407; — *Analectes de l'hist. eccl. de Belg.*, I, p. 53.]

Karissimo fratri suo Philippo, marchioni Namurcensi, Henricus, frater suus, imperij Romani moderator, salutem & fraterne delictionis affectum.

Noverit fraternitas vestra mihi predilecta quod vobis mitto, per magistrum Danielem de Scausin., clericum nostrum, *vas aureum* pulchrum & pretiosum, in quo continetur maxima *pars de Ligno Domini*, in modum crucis, auro circumligata & ornata. Mitto etiam vobis de sacrosanctis reliquiis imperialis palatij Bucceleonis, videlicet: *de spinis corone Domini, de veste purpurea Ihesu Christi, de panis infantie Salvatoris, de linteo quo precinxit se in cena, de zona beate Marie virginis, de capite sancti Pauli & sancti Iacobi minoris*. Preterea mitto vobis per eumdem D[anielem] supradictum *tres samitos* & *duos annulos, unum smaragdum* & *alium rubinum*. Ad removendam autem dubietatem predictarum reliquiarum, presentem paginam sigilli mei munimine vobis transmisi roboratam.

Datum Constantinopoli, anno Domini MCCV, mense martio.

1206, mart. XXIV Suessionis.

Nivelo de Cherisiaco, episcopus Suessionensis, ecclesia S. Petri Suessionensis altare de Vincelis assignat, sub conditione cuiusdam officij, in honorem reliquiarum Constantinopolitanarum, celebrandi.

[Gallia christiana, X, col. 130.]

Nivelo, Dei gratia Suessionum episcopus, universis tam futuris quam presentibus salutem in Domino.

Scire volumus universos quod nos, altare de Vincelis, cum iure patronatus, de consilio & assensu G. archidiaconi loci, contulimus ecclesie beati Petri Suessionensis, ob reverentiam beatorum martyrum quorum reliquias de Constantinopolitanis partibus Suessionem nuper attulimus; & in eorum veneratione & memoria, sequentia de ipsis facta & hymnus, singulis annis, in die solemnitatis sue statuta, in eadem ecclesia cantetur, & anniversarium nostrum & dicti archidiaconi ibidem, cum ix lectionibus & maiori commendatione celebretur. Ut autem hoc firmum permaneat & inconcussum, presentem paginam sigilli nostri & sigilli tam dicti archidiaconi appositione volumus communiri.

Actum Suessione, anno Domini MCCVI, mense martio.

1206. XXV Colombariæ.

Philippus, Romanorum imperator (?), ecclesiam Parisiensem, tanquam dilectam & peculiarem, sub regiam defensionem accepit, & preciosum reliquiarum thesaurum eidem confirma-[vi]t, & quicquid questionis vel iuris super hoc sacro pignore habere sperabat, in integrum resignavit.

[Documentum deperditum, de quo nil superest, nisi titulus iste, qui in *Repertorio* quodam privilegiorum Parisiensium, anno 1517 confecto &

in archivo Columbarienſi aſſervato, legitur, cum marginali inſcriptione: *deeſt.*[1]]

1207, 13 ian. XXVI Romæ.

Innocentius III ſententiam, a Thoma Mauroceno, patriarcha Conſtantinopolitano, contra Venetos, qui Iconam *a S. Luca depictam e S. Sophia vi ceperant, latam, confirmat.*

[*Epiſt. Inn. III*, IX, 243 (Potth., nº 2980); — Raynaldus ad ann. 1207, nº 19; — Bréquigny, II, ij, p. 1042; — Migne, II, col. 1077; — Tafel & Thomas, II, p. 45.]

Ex tenore literarum tuarum noſtris fuit auribus intimatum, quod, cum cariſſimus in Chriſto filius Henricus, Conſtantinopolitanus imperator illuſtris, quandam *iconam*, in qua beatus Lucas evangeliſta imaginem beate Virginis propriis manibus dicitur depinxiſſe, quam ob ipſius Virginis reverentiam tota Grecia veneratur, & quaſdam reliquias, que erant in capella maioris palatij, ponendas in eccleſia Sancte Sophie tibi duxerit conferendas, Venetorum poteſtas cum ipſis Venetis ad tuam accedens preſentiam, ipſam iconam a te cum inſtantia poſtulavit, aſſerens, eam ſibi a prefato imperatore fuiſſe promiſſam: tu vero cum cognoſceres, eos in illa nihil iuris habere, ipſius petitioni acquieſcere noluiſti; ſed, cum ille diutius inſtitiſſet, tale ipſi dediſti reſponſum, quod illam ei nec dabas, nec conferebas, ironice addens, quod ipſam acciperet, ſi tunc eam poſſet in eccleſia reperire. Clauſa quippe erat eccleſia, & prefata icona in ea non erat, ſed in ſacrario ſub ſera triplici collocata. Verum, cum a te obtinere nullatenus potuiſſet, ut reſeraretur eccleſia, in cuius ſacrario erat icona predicta, ab ala ipſius eccleſie, quemdam in ipſa per funem fecit de-

1. A d. doct. Pfannenſchmidt, archivi Columbarienſis præfecto, indicatum.

mitti, qui querens per eccleſiam ſepedictam iconam, & non inveniens, de mandato poteſtatis predicti, unam de magnis eccleſie ianuis per violentiam reſeravit. Porro Veneti, eccleſiam ipſam violenter intrantes, cum locum, ubi erat icona, per quemdam Greculum didiciſſent, ſacrarij oſtia frangere inceperunt. Quod cum ad tuam notitiam perveniſſet, amaritudine plenus ad alam eccleſie acceſſiſti, & deſuper aſpiciens ſacrilegium perpetrantes, ex parte omnipotentis Dei, ſub interdicti & excommunicationis interminatione, inhibuiſti eiſdem, ne, quod male inceperant, preſumerent conſummare. Sed cum nec ſic a perpetratione ſacrilegij deſtitiſſent, predictum poteſtatem, cum omnibus conſiliariis & fautoribus ſuis, candelis accenſis, publice ac ſolemniter vinculo anathematis innodaſti. Ipſi vero, tam interdicti quam anathematis ſententia vilipenſa, oſtia ſacrarij confregerunt, & aſportantes exinde violenter iconam, eam in eccleſia, que grece Pantocraton dicitur, collocarunt. Tu verò, ad dilectum filium, Benedictum, tituli Sancte Suſanne preſbyterum cardinalem, apoſtolice ſedis legatum, accedens, ipſi rei ſeriem intimaſti, qui eodem die latam a te ſententiam confirmavit, eccleſias omnes, que ſunt in parte ſacrilegorum ipſorum, ſubiiciens interdicto. Unde nobis humiliter ſupplicaſti, ut utramque ſententiam dignaremur apoſtolico munimine roborare. Licet igitur nos opinionem illam, qua quidam Greci exiſtimant, quod ſpiritus beate Marie virginis in predicta imagine requieſcat, propter quod ipſam forte plus debito venerantur, tanquam ſuperſtitioſam minime approbemus, & pactionem de partiendis reliquiis & aliis factis initam, tanquam illicitam deteſtemur; ne tamen ſacrilegij crimen remaneat incorrectum, utramque ſententiam, interdicti & excommunicationis, videlicet ſicut rationabiliter ſunt prolate, auctoritate apoſtolica confirmamus,

& precipimus uſque ad ſatisfactionem condignam, appellatione remota, firmiter obſervari. Nulli ergo .... noſtre confirmationis & iuſſionis infringere .... Si quis autem &c.

Datum Rome, apud S. Petrum, idibus ianuarij, anno nono.

1207, iul. XXVII Conſtant.

Henricus imperator, Simoni de Bellomonte, clerico, reliquias quaſdam concedit.

[Ex originali, in Archivo S. Mariæ Curtracenſis, aſſervato.[1]]

Henricus, Dei gratia, fideliſſimus imperator, a Deo coronatus, Romanorum moderator & ſemper auguſtus, univerſis preſentem paginam inſpecturis, in Domino ſalutem.

Univerſitati veſtre notum facimus quod dilecto & fideli clerico noſtro Simoni de Bellomonte, divine pietatis intuitu, ad preces ipſius Simonis, dedimus de ſacroſanctis reliquiis noſtris Bucceleonis maioris palatij noſtri, videlicet: *de Ligno Domini*, *de ſpinea corona Domini*, *de veſte purpurea Ieſu-Chriſti*, *de cingulo Domini*, *de pannis infantie Salvatoris*, *de arundine* quo fuit percuſſus in Paſſione, & *de zona beate Marie Virginis*, & per manum Hugonis, venerabilis viri, quondam abbatis Sancti Giſleni, & ut melius credatur, preſentem paginam ſigilli noſtri aurei munitam dignum duximus roborandam.

Actum in Blakerne palatio, anno Domini MCCVII, menſe iulij, indictione decima, imperij noſtri anno primo.

1 Quod tranſcriptum nobis liberaliſſime mandavit rev. dom. van den Putte, eccleſie Curtracenſis archipreſbyter.

1207, oct. XXVIII Namurci. (?)

Philippus, marchio Namurcensis, capitulo S. Albani, in honorem reliquiarum nuper a Constantinopoli allatarum, decimam de Benena assignat.

[*Anal. p. servir à l'hist. de Belg.*, V, pp. 480-482, e *Chartulario S. Albini*, in Archivo Namurcensi asservato, ff. 6 v° - 7 r°.]

Ego Philippus, marchio Namucensis, notum facio tam presentibus quam futuris, quod:

In ecclesia beati Albani, in Namuco, in qua erant decem & septem prebende, duodecim unius institutionis, quinque alterius institutionis, inter quas quinque prebendas una erat omnibus prefate ecclesie prebendis in bonis temporalibus & fructuum perceptione valentior. De hac igitur prebenda pater meus Balduinus, pie recordationis, condam Flandrie & Hannonie comes, primus marchio Namucensis, dum adhuc viveret, ita ordinavit, quod, quandocumque processu [temporis] ipsam in manum marchionis Namucensis venire contingeret, ex ea due fierent prebende, duobus presbiteris conferende. Hij vero presbiteri in maiori prefate ecclesie altari in missarum celebrationibus ministrabunt, & ibidem, in hoc officio sufficere tenentur ; & ita decem & septem prebende prius memorate in decem & octo prebendas excrescent. Cum vero temporibus meis, post decessum patris mei, sepedicta prebenda in manus meas devenisset, eodem penitus modo, quemadmodum pater meus ordinaverat, executus sum. Postmodum vero ego, saluti anime mee & antecessorum meorum animarum in parte ista intendens, & precipue salutem anime matris mee Margarete, pie memorie, condam Flandrie & Hannonie comitisse, marchisse Namucensis, que me specialiter pre ceteris, quos genuit, predilexit (cuius animam omnibus aliis in beneficiis meis preponere intendo), considerans ad duas prebendas in ecclesia eadem de novo creandas & preterea, ut omnium prebendarum ecclesie stipendia augerentur & omnino coequarentur, meam decimam de Benena, tam maiorem quam minorem, prefate ecclesie sub nomine elemosine donavi. Hiis autem duabus ultimis prebendis duo presbiteri in ipsa debent ecclesia canonicare, qui in diversis altaribus infra ecclesiam divina celebrare tenentur. Horum vero presbiterorum uterque qualibet die lune missam pro fidelibus Dei defunctis celebrabit, nisi festivitas solemnis diem illam occupaverit : quod si contigerit, eandem missam eadem septimana restaurare tenetur. Porro unus eorum presbiterorum omni die dominica, ille scilicet, qui in altari consecrato in honore Sancti Spiri-

tus ministrat, de Sancto Spiritu missam celebrabit. Alius vero, ille videlicet, qui celebrat in altari consecrato in honore beate Virginis, omni die sabbati de beata Virgine missam tenetur celebrare, nisi ut dictum est, festis solemnibus dies isti occupentur; quod si contigerit, predicto modo in eadem ecclesia in sequenti ebdomada has missas restaurare tenentur. Et sic numerus decem & octo prebendarum usque ad numerum viginti prebendarum dignitate & fructuum perceptione excrevit equalium. Quatuor vero prenotate presbiterorum prebende, &, ut breviter concludam, omnis prebenda in ipsa ecclesia officio misse annexa tantum presbitero seu dyacono, qui eodem anno futurus sit presbiter, nisi causa inevitabili prepediatur, & nulli alteri persone debet conferri. Hoc siquidem pretermittendum non est, quod denarij, qui ex minori decima de Benena provenient, a canonicis nove institutionis sepe memorate ecclesie percipiantur, hiis scilicet triginta diebus, qui in carta domini episcopi Leodiensis, Hugonis, denotati sunt. Preterea institutiones presbiterorum apud Benenam, que de donatione mea erant, capitulo dicte ecclesie libere & absolute donavi, ita quod ibi poterant presbiteros instituere, vel sibi ipsis, si sine delicto fieri potest, retinere.

Has autem donationes huic ecclesie contuli, in honore beati Albani martiris & sacrosanctarum *reliquiarum de Constantinopoli allatarum*, quas in hac ecclesia reposui. Ut autem hoc ratum & stabile perseveret in posterum, paginam presentem sigilli mei appensione communire decrevi.

Actum anno dominice incarnationis MCC septimo, mense octobri, anno etatis mee xxx° secundo decurrente.

1207, dec. XXIX Namurci. (?)

Privilegium eiusdem ob reliquias a Constantinopoli allatas, eidem capitulo concessum.

[Galliot, V, p. 362.[1]]

Ego Philippus, marchio Namurcensis, notum facio viris[2] tam presentibus quam futuris, quod, cum pretiosi

1 Cum transumpto quodam quod exscripsit can. de Warick (Bibl. reg. Bruss., 19668, f. 47 v°), collatum. — 2 Omnibus (*Galliot*).

Sanguinis & Crucis Chriſti, ſpineeque Corone, & alia quamplura[1] ſanctuaria, omni digna honore & reverentia, ecclefie S. Albani contuliſſem, decrevi, communique capituli totius conſenſu confirmavi, ut offertoria, & beneficia omnia que ad ſanctuaria illa, preter ad miſſam, proveniant.... (*ſic*) Ut autem rata hec[2] permaneant, ſcripto & ſigillo meo, cum ſigillo eiuſdem eccleſie, roboravi.

Actum anno dom. incarn. MCCVII, menſe decembri.

1208, 6 apr. XXX Conſtantin.

Henrici imperatoris teſtimonium de reliquiis, a Pontio de Chaponay, e Conſtantinopoli Lugdunum delatis.

[*Obituarium eccl. Lugd.*, p. 185; — *Reliques de l'égliſe de Lyon*, app.]

Henricus, Dei gratia, fideliſſimus in Chriſto imperator, a Deo coronandus, Romanie moderator, ſemper auguſtus, viro venerabili & amico R[aynaldo], eadem gratia Lugdunenſi archiepiſcopo, totique eiuſdem eccleſie capitulo, ſalutem in Domino.

Noveritis quod reliquie, quas dilectus & familiarius noſter, Pontius de Lugduno, quarum nomina ſubſcribuntur, vobis tranſmittit, veriſſime ſunt, ſicut a ſapientioribus & ſenioribus p[resbiteris] Romanie didiſcimus, & veraciter ſumus inſigniti. Nam dilectus frater noſter Balduinus imperator, bone memorie, ei quamdam partem intulit, & nos ſimiliter aliam, quam de capella noſtra Bucca-Leonis arrepimus, &, ut melius credatis & ab omni ſuſpectione removeamini, ſigilli noſtri munimine preſentem paginam fecimus ſigillari. Sunt autem nomina hec: *de Ligno Domini, de ſancto Stephano protomartyre, de ſancto Thoma apoſtolo, de ſancto Euſtachio.*

Datum Conſtantinopoli, viij idus aprilis, indict. xj.

1 Plurima (*G.*); — 2 hec rata (*G.*). —

1208, 10 aug. XXXI (?)

Henricus de Ulmene eccleſiæ S. Nicolai in Stupa Crucem triumphalem donat.

[Günther, *Cod. Rh.-Moſ.*, III, p. 12; — Beyer, *Mittelrh. Urk.*, II, p. 275.][1]

Feliciter terrena poſſidet qui terrenis celeſtia poſſidere intendit. Huius igitur felicitatis conſideratione motus, & divina inſpiratione commonitus, ego, Henricus de Vlmene, ſuper omnes terrenas poſſeſſiones cordi meo ſemper dulciſſimum, videlicet *ſanctuarium ſ. Crucis & plures reliquias*, cum omnibus pertinentiis, libera voluntate & communi manu heredum meorum, eccleſie Beati Nicolai in Stupa pro remedio anime [uxoris] mee Irmgardis, ſub tali pacto contuli, ut nulla alicuius occaſione neceſſitatis, ab eccleſia alienetur, aut impignoretur. Statui etiam ut, de allodio meo apud Sanctam Aldegundem, dimidia karrata vini ſororibus eccleſie prefate annuatim ad refectionem, in anniverſario meo & uxoris mee Irmgardis, patris mei & matris mee, amminiſtretur, quatenus ipſum cum debita devotione & oratione peragere non omittant. Conventus itaque ſuper collato beneficio non ingratus....

1208, ante 28 aug. XXXII Conſtantin.

Henricus imperator eccleſiæ Lætienſi reliquias mittit.

[Molanus, f. 66; — Miræi, *Op. dipl.*, III, p. 375; — Rayſſius, p. 284; — Outreman, p. 642; — Braſſeur, pp. 21-24; — Mangeart, p. 650.]

Henricus, Dei gratia imp. & moder. Roman., univerſis qui hoc ſcripture monumentum inſpecturi ſunt, ſalutem.

Cum vita hominum ſit brevis, memoriaque labilis & infirma, rationi conſentaneum videtur, ut ea que ob pietatem recte fiunt, ſcripto mandentur, quatenus poſ-

teritas semper habeat, unde sanctorum cognitionem accipere possit. His rationibus adducti, vobis significare volumus, quod nos, considerantes devotionem venerabilis viri Thome, ecclesie Letiensis monachi, qui frater germanus est Gerardi Walcuriensis, primi inter pretores nostros, spectantes etiam nihilominus antiquam dignitatem predicte ecclesie Letiensis, a parentibus predecessoribusque nostris iam olim fundate, eorumdem Thome & Gerardi nobis carissimorum precibus permoti, ipsi Thome pulcherrimas ac propemodum *infinitas reliquias* Salvatoris, Marie, apostolorum, evangelistarum, prophetarum, martirum, confessorum ac feminarum sanctarum, pia beneficia, contulimus; qui sanctarum reliquiarum thesaurus, ut in ecclesia Letiensi digna veneratione perpetuo honoretur, & ut hec absque hesitatione aliqua ab omnibus suscipiantur, rei veritatem confirmare voluimus, sigillo nostro aureo ad presens scriptum appenso.

Datum Constantinopoli in palatio nostro, a. D. millesimo ducentesimo octavo, imperij nostri anno secundo.

1208, ante 25 sept. XXXIII Halberstadij.

Conradus de Krosigk, ep. Halberstadensis, ecclesiæ Halberstadensi reliquias, a Constantinopoli delatas, donat.

[*Thür.-Sächs. Ver. neue Mitth.*, X, ij, p. 265, ex *Arch. cath. Halb.*, n° 982.][1]

In nomine sancte & individue Trinitatis, Conradus, divina providentia sancte Halberstadensis ecclesie episcopus, in perpetuum.

Cum, ex iniuncto nobis officio, omnium ecclesiarum, sub nostra iurisdictione degencium, curam gerere debea-

1 Hoc instrumentum cum transumptis ij, uno videlicet (A) in charta inferius n° LVII inserto, altero autem (B) quem nobis, ex antiquo archivo cathedr. Halberstad. (caps. xiij, n° 36) depromptum, benigne transmisit dom. R. Röhricht, contulimus.

mus, ſpeciali tamen prerogativa, maiorem eccleſiam noſtram, que, aliarum nobis in Domino ſuffragancium, diſponente Domino, mater eſt & magiſtra, paterno pre ceteris tenemur affectu diligere, & eius utilitatibus, modis omnibus quibus poſſumus, efficaciter imminere; eapropter noverint univerſi Chriſti fideles, tam preſentis quam futuri temporis, quod, cum ad obſequium Terre Sancte crucis ſignati ſignaculo fuiſſemus, forte[1] fortuna quodammodo nos ducente, in Greciam uſque pervenimus, ibique apud imperatorem Grecie moram aliquanto tempore facientes, ex ipſius familiaritate & gracia, necnon aliorum principum, epiſcoporum videlicet & abbatum, theſaurum ſuper aurum & topazion nobis dilectum, multorum videlicet ſanctorum reliquias & ornatum non modicum, meruimus obtinere, quibus in gaudio nobiſcum aſſumptis, Terram Sanctam, quam ex voto viſitare debuimus, viſitantes, in ea ſub vexillo ſancte Crucis tempore militavimus aliquanto. Peracto tandem voto noſtro, ea que nobis Dominus miraculoſe contulerat ad eccleſiam noſtram reduximus,[2] anno videlicet dominice Incarnationis MCCV, indictione viij, xvij kal. ſeptembris, que dies proxima poſt diem Aſſumptionis Virginis intemerate, Dei genitricis, annua revolutione occurrit. Volentes ergo,[3] in ipſa eccleſia noſtra, celebrem nobis benedictionis eterne[4] memoriam comparare, ea que huic pagine ſunt annexa ipſi duximus conferenda. Sunt autem hec: *Lignum Domini* in quantitate non[5] modica, in argentea tabula, prout decet, honorifice repoſitum & ſervatum; *teſtam capitis b. Stephani* protomartyris, auro, argento & gemmis ornata; *caput Iacobi apoſtoli minoris*, auro, argento & gemmis ornatum; *tybiam Petri* apoſtoli; *tybiam Barnabe* apoſtoli,[6] *tybiam Matthei* apoſtoli,

1 Forte *add.* (B); — 2 perduximus (B); — 3 igitur (A); — 4 & terre (A). 5 Vero (A). — 6 *tybiam* ... apoſtoli *d. in* (B).

in argenteis receptaculis honorifice repoſitas, prout decet; *capſam magnam argenteam* cum reliquiis infinitis; *brachium Euſemie* virginis, auro, argento & gemmis ornatum; *cyborium* argenteum, in quo *teſta protomartyris* recondita eſt, auro & gemmis ornatum; *tres ampullas* nobiles, quas ad conſecrationem criſmatis deputamus, & unam de qua criſma in fontem, ſabbato ſancto, fundetur; *cortinam* egregiam de examito varij coloris circa maius altare; *pallam altaris* optimam, aureis filis textam & gemmis ornatam; & *cortinam* deſuper in qua Maieſtas, auro, & argento & gemmis nobilibus, eſt intexta; tres preterea *pallas*, j quotidianam, j dominicalem, j in feſtis apoſtolorum, j quoque ad altare Sancte Crucis, auro textam; tres *imperiales purpuras*, ij in angulis & j ad gradum, j preterea ad pulpitum ubi Evangelium legitur; duas *cortinas* in inferiori choro, duas in ſuperiori; *cyborium* ubi ſacrificium preparatur; duo *corporalia* cum receptaculis eorumdem; quatuor *vexilla*, ij maiora & ij minora, auro texta; *albam* nobilem de filis ſericis textam; tres *cappas*; *thuribulum* grecum; *ſcutellam* argenteam non modice quantitatis ad calicem deportandum. Hec pro anime noſtre remedio, matri noſtre, maiori videlicet eccleſie, contulimus perpetualiter poſſidenda. Cum vero iuſtum eſt & maxime conſentaneum rationi, ut, eo die, quo videlicet Dominus ad eccleſiam noſtram nos cum predictis reliquiis & ornatu glorioſe reduxit, Domino Deo & ſanctis eius, quorum reliquias die adduximus memorato, honor, ut decet, debitus impendatur, de conſilio capituli noſtri & totius noſtre dioceſis prelatorum, ſtatuimus eam, cum reveratione debita deinceps per totam noſtram dyoceſim celebrari, talem ei prerogativam pre ceteris feſtivitatibus adſcribentes, ut quicunque in ea, ob ſpem mercedis eterne, ad veneranda predictarum reliquiarum patrocinia, cum devotione confuge-

rint, omnes qui ad dietam[1] unam & infra ſunt conſtituti, xl dierum, qui vero de remotioribus partibus veniunt, lx iniuncte ſibi penitentie,[2] a nobis noſtriſque ſucceſſoribus, qui predictam diem apud civitatem noſtram preſentialiter celebrabunt, congruam, ut promiſimus,[3] indulgentiam conſequentur. Ut &[4] fratres[5] noſtri, conventualium eccleſiarum canonici, conſolationem qualemcunque[6] percipiant eo die, iv manſos, in Bekedorp[7] ſitos, quos a Godefrido de Helmſtadt redimimus, cum decima eorumdem, ab advocacia etiam liberos & exemptos, eccleſie noſtre contulimus, ſtatuentes, ut omnes qui preſentes exſtiterint ſinguli ſingulos percipiant ſolidos, ut ſic operarius debita mercede gaudeat pro labore. Nec pretereundum, nos, ob reverentiam & honorem Dei reliquiarumque premiſſarum, altare novum ſub turri in die Luce ſolenniter conſecraſſe, & duobus manſis, uno proprietatis noſtre in Rimekerſleve[8] ſito, & altero in Reinoldſtorp, quem a quondam vaſallo noſtro redemimus, de connivencia capituli noſtri & heredum noſtrorum conſenſu dotaſſe, quos etiam predicto altari preſentis ſcripti privilegio confirmamus. Ceterum, quia ea que noſtra parvitas eccleſie conquiſivit, iugiter in ipſa eccleſia manere quamplurimum affectamus, authoritate Dei omnipotentis, necnon beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra, ſub intimatione anathematis diſtrictius[9] inhibemus, ne quis tam[10] reliquias quam ornatum, quacumque preſumtione temeraria, ab eccleſia alienare preſumat, ſed eorum potius[11] augmentationi[12] feliciter ſtudeat inſudare. Quia etiam preſcripta donatio, preſentibus canonicis noſtris facta eſt & prelatis, eorum nomina huic pagine duximus annectenda:

1 Diem (B), dictam (*Mitth.*); — 2 iniuncta... penitentia (A); — 3 premiſimus (*Mitth.*). — 4 Etiam (A); — — 5 fratres *d. in* (A); — 6 qualitercunque (B); — 7 Behendorf (B); — 8 Rimherſchleben (B); — 9 diſtinctius (*Mitth.*); — 10 quiſquis eas (B), quiſquam tam (*Mitth.*); — 11 potius *d. in* (B); — 12 augmentator (A).

Wernerus, maior prepoſitus; Burchardus, decanus; Fridericus, vicedominus; Otto de Dobin; Anno, cellerarius; Almarius, S. Pauli prepoſitus; Conradus, Erfordie prepoſitus; Meinhardus, archidiaconus; Conradus, S. Marie prepoſitus, totumque maioris noſtre eccleſie capitulum; Ludolphus Ilſeneburgenſis, Robertus Huyſeburgenſis, Thietmarus de Lapide S. Michaelis, Henricus de Conradſborch, abbates; & alij quamplures eccleſiarum prelati, & populus infinitus.

Data per manum Theodorici notarij, anno dominice Incarnationis MCCVIII, indictione xj, anno ordinationis noſtre vij, in nomine Domini. Amen.

1208 (ante 25 ſept.) XXXIV Coloniæ.

Henricus abbas & capitulum S. Pantaleonis in Colonia, Henrico de Ulmene; pro cranio ſ. Pantaleonis, e Conſtantinopoli delato, prebendam concedit hereditariam.

[Lacomblet (Th.), *Urk. f. die Geſch. d. Niederrheins*, II, p. 14.]

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Henricus abbas devotumque capitulum S. Pantaleonis in Colonia, tam preſentibus quam futuris.

Univerſitati fidelium notum eſſe volumus, quod dominus Henricus de Vlmene, de partibus Grecie veniens, inter pretioſas reliquias, *cranium ſ. Pantaleonis* pretioſi martyris, ſecum detulit, hoc tamen divina clementia ſic ordinante, illud ſiquidem ad inſtantiam & fidelem petitionem venerabilis abbatis, domini Alberti de Lacu, eccleſie noſtre promiſit, & interventione Conradi, Monaſterienſis eccleſie in Meinevelt ſcolaſtici, nobis contulit, & per ipſos honorifice deſtinavit. Super quo facto, benivolentie & gratiſſime collationi reſpondere volentes, prefato domino H[enrico], & uxori eius Ermengardi, & fratri eius domino Siberto, & ſorori eius, Irmengardi,

venerande magiſtre in Inſula, germanis eius, necnon C[onrado] iam dicto ſcolaſtico, plenius fraternitatis noſtre conceſſimus conſortium. Preterea ad confirmandum inter nos & ipſum vere & indiſſolubilis amicitie vinculum, ad petitionem ipſius, pro quacunque perſona ſui generis, ad ſervitium Domini & S. Pantaleonis idonea, petere decreverit, prebendam hereditarie conceſſimus, ita etiam ut una expirante, alia ab eiuſdem generis procedens linia ſubrogetur. Verum enimvero ne, quod abſit, in poſterum inter conſanguineos ulla fiat petitionis diſceptatio, decrevimus ut huius ſcripti heres primogenitus ſit poſſeſſor, necnon collati beneficij ſit perpetuus inſtitutor. Huius rei gratia ſepedictus H[enricus] & ipſius proximi a progenie in progeniem, fidele & nobis & bonis eccleſie noſtre in omnibus patrocinium promiſerunt. Hec ut rata permaneant & inconvulſa, per impreſſionem ſigilli abbatis noſtri & eccleſie noſtre, necnon abbatis S. Martini & abbatis in Lacu fecimus communiri.

Actum ſolemniter in noſtro capitulo, anno Verbi incarnati MCCVIII, epacta j, indictione xj.

1208, 11 oct. XXXV Amalphiæ.

Statutum de oblationibus ad corpus S. Andreæ.

[Ughelli, *Italia ſacra*, Iª ed., VII, pp. 206-210; — Id., *ibid.*, IIª ed., VII, pp. 206-209; — Panſa, *Iſtoria di Amalfi*, I, pp. 112-117.]

In nomine Dom. Dei Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, anno ab Incarnatione eius MCVIII, temporibus domini noſtri Frederici, Dei gratia regis Sicilie, ducatus Apulie & principatus Capue, & xj° anno regni eius, die xj menſis octobris, indictione xijª, Amalfie.

Non vacat a merito retributionis eterne, quod caritatis affectibus emanare probatur. Conſtat enim in die miſſionis extreme, Maieſtatis oculis acceptari, quod Chriſti pauperibus fideliter erogatur, Domino dicente: « Quod uni ex minimis meis iſtis feciſtis, mihi feciſtis. » Cum igitur dominus Petrus, Dei gratia, tituli Sancti Marcelli venerabilis presbiter cardinalis, filius domini Landulſi, filij domini Manſonis, filij domini Ioannis Capuani, filij domini Landonis, comitis de Prata, ex commiſſe ſibi legationis officio, viſitaſſet Syriam & Romaniam, ac rediens feliciter ex urbe Conſtantinopoli, divina voluntate ſecum detuliſſet Amalfiam theſaurum pretioſiſſimum, incomparabilem, *corpus* ſcilicet *beati Andree apoſtoli*, qui in predicta civitate Conſtantinopolis diu habuerat manſionem, velletque dominus cardinalis patriam ſuam tanti muneris gloria decorare; cum ſederet in palatio maioris eccleſie, cum domino Mattheo, venerabili Amalfitano archiepiſcopo, preſentibus capitulo Amalfitane eccleſie, & quampluribus civibus Amalfitanis, & aliis de ducatu Amalfie & extra; cupiens pretioſum corpus apoſtoli in maiori eccleſia, cuius ipſe de novo titulum & confeſſionem pro ſalute anime ſue fecerat, ſolemniter collocare, in qua ipſe primum pabulum chriſtianitatis & primam tonſuram clericalem acceperat; conſiderans honorem, gloriam & profectus eccleſie & civitatis, ſpiritualiter & temporaliter proventuros, petiit ab archiepiſcopo & capitulo, ut de locatione corporis & proventibus omnibus, qui, ob reverentiam ipſius corporis apoſtoli provenirent eccleſie, ſtarent voluntati & ordinationi ipſius domini cardinalis. Ad hec, dominus archiepiſcopus & capitulum eius, attendentes quod Deus omnipotens per venerabilem virum, omni memoria dignum, eccleſiam, civitatem, ducatum Amalfie & totum regnum, temporibus ſuis, tanti muneris gloria illuſtraverat, de

bona voluntate promiserunt firmum & acceptum habere quicquid super ipsis proventibus dominus cardinalis disponeret & ordinaret, & omnes vices eorum & potestates in hac parte in dominum cardinalem contulerunt, ut, & vice ipsorum, predictam ordinationem faceret dominus cardinalis, & ut ordinatio sua de iam dictis proventibus firma & stabilis duraret imposterum, nec ullo tempore prelati, vel clerici Amalfitane ecclesie a sua dispositione possent aliquatenus resilire, vel ordinationi predicti domini cardinalis in aliquo contraire. Cum esset presens idem archiepiscopus, de permissione & voluntate ipsius, & communi voluntate & mandato capituli, dato verbo a singulis, iuravit unus presbiter, Robertus nomine, super sancta Dei Evangelia, in anima omnium clericorum ipsius capituli, omnia suprascripta, qualiter dominus cardinalis ordinaret, firma se & illibata, obligando successores suos, perpetuo conservare. Tandem dominus cardinalis, deliberato consilio cum dicto archiepiscopo & aliis viris discretis, statuit & ordinavit, ut, de omnibus proventibus & oblationibus, que, ob reverentiam corporis predicti apostoli & aliarum reliquiarum, quas octavo die preteriti mensis madij solemniter ac reverenter obtulit ipsi ecclesie Amalfitane, amodo provenerint, scilicet de omnibus, que proveniunt inferius in confessione quocumque modo, fierint semper quatuor portiones: quarum unam percipiat archiepiscopus qui preest ecclesie, & duas portiones[1] percipiant clerici capituli, qui officio quotidiano ipsius ecclesie insistunt, ut stipendia, sanctis laboribus debita, ex ipsis oblationibus consequantur, cum clerici capituli de beneficiis ecclesie valde modicam portionem haberent, & reliquam partem percipiant super pauperes hospitalis, quod ipse dominus cardinalis pro remedio anime sue, in civitate Amalfie

1 Quarum . . . . . portiones *d. in* (*Ugh.*).

ſuis ſumptibus edificavit; hoc tamen expreſſo & declarato, quod omnia ea que proveniunt, tam inferius quam ſuperius, in feſto tranſlationis eiuſdem apoſtoli & uſque ad octavas (licet ſuperius fiat ſolemnitas, quia noviter eſt inſtituta ſolemnitas ipſa), dividantur ſecundum predictam diſpoſitionem, deductis tamen inde prius expenſis, que honorifice fiant ob reverentiam feſti. Verum quia prefatus archiepiſcopus conſueverat percipere omnes oblationes, que in feſto ipſius apoſtoli menſe novembris proveniebant ecclesie, dicebant ex ordinatione[1] iſta poſſe ſuis rationibus derogari; de bona voluntate actum eſt inter ipſum & dominum cardinalem, cum conſenſu capituli, ut, de ipſis oblationibus certam quantitatem perciperet archiepiſcopus, ſcilicet centum quinquaginta tarenos Amalfie, & duo centenaria cere & dimidium, pro omnibus oblationibus[2] eiuſdem feſti & uſque ad octavas; & ſacriſta, pro illuminatione ſuperioris altaris totius noctis & diei, & per totam octavam, in officio eccleſie, tunc recipiat octo cereos, & ſi aliquid defuerit ad ſummam iſtam, tranſeat in commune, nihilominus etiam de reſiduis recipiat quartam, ſecundum quod dictum eſt; & primicerius eccleſie, pro ſecunda miſſa nativitatis Domini, quam debet facere ſolemniter celebrare, tarenos ſex Amalfie recipiat de oblationibus, que proveniunt in ipſa miſſa, &, ſi aliquid defuerit ad ſummam iſtam de oblationibus ipſius miſſe, recipiat quantum deeſt de his, que proveniunt inferius, & ſi ſupereſt aliquid ad ſummam predictam, tranſeat in commune; de oblationibus vero Paraſceves, que proveniunt ſuperioribus altaribus & ſacrario eccleſie, per totam diem & noctem, preterquam in officio miſſe, & pro tertia parte oblationum ipſius miſſe, quam ſacriſta conſueverat habere, percipiat idem ſacriſta ſex tarenos Amalfie, &, ſi aliquid

1 Ordine (*Ugh.*); — 2 certam ..... oblationibus *bis in charta*.

defuerit, suppleatur sibi de oblationibus confessionis, &, si superfuerit, transeat in commune. Et promulgata hac dispositione & ordinatione a domino cardinali, coram archiepiscopo & capitulo, & omnibus predictis astantibus, placuit tam archiepiscopo, quam capitulo & aliis; & preceperunt dominus archiepiscopus & dominus cardinalis mihi subscripto magistro Fortunato, curiali & publico notario, ut facerem inde publica instrumenta. Statuit etiam postmodum & ordinavit idem dominus cardinalis, ut, si vasa aurea, vel argentea, ut calix, thuribulum, crux, candelabra, testum, vel de talibus vasculis, que pro servitio altaris offeruntur, aut panni serici, vel vestimentum aliquod ad usum altaris oblatum, ut casula, vel quodcunque aliud indumentum ad ornatum ecclesie, fuerit oblatum, maneat pro ornamento ecclesie, iuxta devotionem offerentis, & quandiu sic manserint, nulli liceat ad alium usum aliquod istorum transferre, vel distrahere. Quod si istorum aliquod per archiepiscopum fuerit ad alium usum assumptum, illud quod assumitur, dividatur secundum predictam ordinationem, & quilibet supradictorum habeat potestatem sortem suam repetendi supradicto modo. Quod si aurum vel argentum in massa, vel moneta, vel vas aliquod seculare, vel tale quod, sive pannus lineus oblatus fuerit, ipso offerente exprimente devotionem suam, ut scilicet fiat inde aliquid ad ornatum, ornatu ecclesie, secundum devotionem offerentis, fiat, & donec sic steterit pro ornatu ecclesie,[1] nullus habeat vocem repetendi, sed, si per archiepiscopum fuerit ad alium usum assumptum, illud quod sic assumitur dividatur supradicto modo. Si vero fuerit simpliciter oblatum, nec offerentis devotio fuerit expressa, quod transferatur ad ornatum ecclesie, distribuatur, ut predictum est. Imagines autem auree, argentee, vel ceree naves, &

1 Secundum .... ecclesie *d. in* (*Ugh.*).

quecunque alia oblata fuerint & pendeant in eccleſia, quandiu pendent ibi maneant ad ornatum; cum vero inde per archiepiſcopum aſſumuntur aliqua, illa que ſic aſſumuntur, diſtribuantur ſupradicto modo, & unuſquiſque predictorum habeat vocem repetendi portionem ſuam iuxta predictam diſpoſitionem, reſervato tamen de cera, & oleo, ſi opus fuerit, quantum ſufficiat pro ſervitio confeſſionis. Addidit etiam ad maioris gratiam miſericordie, ut tam clerici Atranenſes, quam omnes clerici capellarum Amalfie, qui non ſunt de corpore maioris eccleſie, conveniant ſimul per octavam tranſlationis eiuſdem apoſtoli, que celebratur octavo die predicti menſis madij, in officio ipſius eccleſie cum clericis capituli, & de illis duabus partibus oblationum, quas per octavam tantum ipſi clerici de capitulo conſequuntur & dividunt, Atranenſes ipſi & clerici capellarum Amalfię cum eis participent, percipientes ſinguli ſicut quilibet clericorum capituli, &, de reliquis diebus totius anni, quidquid clerici capituli percipiunt, inter ſe tantum diſtribuant. Statutum eſt etiam per archiepiſcopum, cardinalem & capitulum, ut quandocunque adhibendi fuerint cuſtodes ad cuſtodiam omnium ſupradictorum proventuum, dominus archiepiſcopus convocet capitulum, & priorem hoſpitalis, vel vicarium ſuum, & ſimul deliberantes, inveniant perſonam, vel perſonas, que iurata ſive iurate debeant fideliter recipere & cuſtodire, uſque ad terminum qui eis placuerit, omnes dictos proventus, qui proveniunt in confeſſione, vel in feſto tranſlationis, & feſto ſ. Andree, & per octavas, & id quod pertinet ad Paraſceven & ad ſacriſtiam, & id quod pertinet in ſecunda miſſa Nativitatis ad primicerium, ſicut ſuperius dictum eſt, & debeat ipſos proventus preſentare coram archiepiſcopo, preſente capitulo, & priore hoſpitalis, vel vicario eius, & unuſquiſque recipiat inde partem ſuam

iuxta predictam ordinationem; salvo etiam quod statu tum est superius pro archiepiscopo de festo sancti Andree mensis novembris. Hanc etiam ordinationem factam dominus cardinalis recitavit coram archiepiscopo & capitulo, & placuit tam archiepiscopo, quam capitulo. Ut autem huius facti memoria duret in posterum, nec supradicte ordinationis aliquis temere violator existat, de voluntate domini archiepiscopi, & domini cardinalis, & totius capituli statutum est sub vinculo anathematis, ut nulli unquam liceat ecclesiastice vel seculari persone, supradicte ordinationi ausu temerario contraire, vel quid supradictorum modo quolibet perturbare.

Ad cuius facti perpetuum robur & inviolabile firmamentum, per voluntatem & mandatum domini archiepiscopi, & domini cardinalis, & totius capituli, tria similia scripta per manus suprascripti magistri Fortunati, curialis & publici notarij, qui interfuit, scripta sunt, ac subscriptorum testium manibus, & impressione sigillorum eiusdem archiepiscopi & cardinalis roboratum (*sic*), anno, mense & indictione pretitulatis. Quod in ultimo virgulo distributum & emendatum est, & legitur (*sic*) capituli tria similia scripta per manus suprascripti magistri Fortunati.

Leo, diaconus & primicerius Ancorarius, testis est. — Mattheus, archidiaconus Amalfitanus, testis est. — Ioannes diaconus Pappa, testis est. — Constantinus diaconus Quatrarius, testis est. — Constantinus clericus Favarus, testis est. — Leo clericus de Flicto, testis est. — Thomasius clericus de Anglo, illud idem testatur. — Andrea clericus Cumbulus, testis est. — Benedictus presbyter, Amalfitane ecclesie sacrista, testis est. — Ego supradictus Robertus, presbyter, testis sum. — Donadeus presbyter Ancorarius, testis est. — Iacobus presbyter, testis est. — Manso presbyter de Garafalo, testis est. — Sergius Scrophus, regius iustitiarius, testatur, filius domini Pandulphi vocatus. — Manuhel, filius domini Pandulphi, testis est. — Philippus, filius domini Ioannis de Lu Iudice, testis est. — Ioannes, iudex de Pantaleone, testis est. — Ricc., imperialis iudex Amalfie, testis est. — Ioannes de Lu Iudice, filius domini Marini, testis est. — Petrus Buccella, filius domini Pandulphi, testis est. — Marinus, filius domini Sergij Iudicis de Iudice, testis est. — Ioannes, filius domini Sergij Capuani, testis est. — Pantaleo, filius domini Ursi Iectabette, testis est. — Petrus, domini Mastali filius, testis est. — Magister Fortunatus, curialis, qui suprascripsit hanc chartam & confirmavit.

1208, 21 dec. XXXV bis Alexandriæ.

Opitius de Reversatis communi Alexandriæ crucem quamdam donat, e Constantinopoli allatam.

[Guill. Schiavina, *Ann. Alexandr.* (- 1615), in *Mon. patr.*, IV, p. 140; — Ger. Ghilini, *Ann. di Aless.*, p. 23; *Rev. d. quest. hist.*, 1876, I, p. 164.][1]

Hec est forma & instrumentum donationis, facte per dominum *Opicium* de Reversatis domino Alberto de Fontana, potestati Alexandrie, nomine, comunis Alexandrie, de Vera Cruce, quod instrumentum est in campanili comunis Alexandrie.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo octavo, indictione decima prima, die dominico undecimo exeunte decembri, in Alexandria, in ecclesia maiori Sancti Petri, in pleno consilio ibi per campanam collecto, dominus Opicius de Reversatis dedit domino Alberto de Fontana, potestati Alexandrie, nomine comunis Alexandrie recipienti, *crucem* unam *cum caxa una*, in qua erat: que caxa erat a lateribus & desuper argento undique cooperta, cum *pallio* uno *ro*[*x*]*ato*;[1] in qua cruce erat, quasi in medio, alia crux parva posita cum argento & firmata, in qua erant quatuor perle apposite; & quod illa parva crux erat de Lignamine Crucis,[2] quam crucem ipse dominus Opicius dicebat se detulisse a civitate Constantinopoli, ubi[3] eam lucratus fuerat, quando illa civitas fuerat capta. Dedit autem suprascriptus Opicius istud donum, tali modo quod spectet solummodo ad comune Alexandrie, & quod episcopus, vel aliquis clericus, seu ecclesia Alexandrie,[4] non habeat ius vel privilegium aliquod circa ipsum donum, & inde hanc cartam fieri rogavit.[5]

Interfuerunt testes, scilicet: Guido de Plovera; magister Syrus, Marcus,

1 Dorato (*Ghil.*); — 2 ligno vere (*Ghil.*, *Schiav.*); — 3 & (*Ghil.*, *Schiav.*); — 4 Alexandrina (*Schiav.*); — 5 *Hic explicit instr. in* (*Gh.*) & (*Schiav.*).

Antonius, Guillielmus & Stephanus, iudices; ego, Bocherius, imperiali auctoritate notarius, interfui, & hanc cartam tradidi & ſcripſi.

Ego, Deſideratus de Gavio, notarius ſacri imperij, predictum inſtrumentum, ſive formam ipſius, prout inveni in campanili comunis Alexandrie, exemplavi, milleſimo ducenteſimo nonageſimo, indictione tertia, die ſabbati, decima quinta aprilis.

1208 XXXVI Conſtantin.

Litteræ indulgentiarum a Theodoro quodam, orientali patriarcha, monaſterio Lætienſi, conceſſæ.

[Molanus, f. 65 1°; — Miræus, III, p. 374; — Rayſſius, p. 283; — Outreman, p. 642; — Braſſeur, pp. 18-21; — Mangeart, p. 655.]

Theodorus, Dei miſericordia ſancte civitatis Ieruſalem archiepiſcopus, eccleſie Antiochene & totius Orientis patriarcha, univerſis Chriſti fidelibus in quorum manus hoc ſcriptum perveniet, ſalutem in Domino.

Vobis notum facimus, quod nos, aliique quamplurimi, dilecto nobis in Chriſto Thome, Letienſis eccleſie monacho, qui Conſtantinopolim, ubi nunc degimus, advenit, diverſas ſanctorum ſanctarumque Dei reliquias, *pietatis intuitu, rogatuque domini Henrici, imperatoris illuſtriſſimi, contulimus. Qui etiam imperator, eidem Thome pulcherrimum* ſanctuarium de precioſiſſimo Sanguine Ieſu Chriſti, *in vaſculo cryſtallino, & eximias* portiones ſacroſancte Crucis *eiuſdem Salvatoris noſtri, cum maximis & bene infinitis aliis* reliquiis *dedit. Ut autem tantus reliquiarum theſaurus digne in eccleſia Letienſi ſemper honoretur, ſingulis qui ad eam eccleſiam, predictas reliquias viſitaturi, pio deſiderio advenerint, ibique de peccatis ſuis vere doluerint, nos, ex parte beatorum Petri & Pauli, & authoritate qua fungimur, a ſummo pontifice nobis conceſſa, de penitentiis pro criminalibus ipſis iniunctis, ſexaginta dies relaxamus; in cuius teſtimonium ſigillum noſtrum plumbeum huic ſcripto appendendum eſſe duximus.*

Datum Conſtantinopoli, anno Domini milleſimo ducenteſimo octavo, archiepiſcopatus noſtri anno tertio.

1209. XXXVII ?

Otho IV, imperator, privilegium a Philippo rege Romanorum ecclesiæ Parisiensi concessum (nº XXXV) confirmat.

[Documentum deperditum, a Franc. Hugo (*Sacr. antiq. monum.*, II, p. 274), citatum.[1]]

1210, mai. XXXVIII Ambiani.

Ricardus de Gerboredo, episcopus Ambianensis, in honorem faciei S. Iohannis Baptistæ, nuper e Constantinopoli allatæ, centum solidos in decollatione S. Iohannis annuatim solvendos, clero ecclesiæ cathedralis assignat.

[Archiv. Ambianense, *Chartul. Amb.*, I, f. 126 vº, II, nº 381.]

Ricardus, Dei gratia Ambianensis episcopus, universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, eternam in Domino salutem.

Cum pius & misericors Dominus, matrem ecclesiam nostram quasi speciali prerogativa complectens, eandem ecclesiam *preciosa facie Baptiste* sui, in eadem ecclesia perpetuis temporibus Deo propitio permansura, tempore amministrationis nostre, dignatus sit adornare, nos, de tanto munere nomini sancto eius, sicut dignum est, gratias referentes, ipsum laudamus & glorificamus qui in sanctis suis gloriosus est. Et, ne de ingratitudine convinci valeamus nichil refundentes in honorem prefati Baptiste, de cuius beneficio nos & successores nostri percipiemus commodum temporale, statuimus ut, singulis annis, in festo martyrij ipsius, centum solidi publice monete, de beneficio thesaurarie nostre sumendi, tam capellanis quam canonicis prefate ecclesie, qui servicio predicti festi pre-

1 Ubinam illud viderit Hugo, nescimus: hodie quidem in archivo deest Colmariensi, nec in *Registro Parisiensi*, supra laudato (p. 75), recensitur.

ſentes fuerint, per manus cellerariorum eiuſdem eccleſiè equaliter dividantur ad honorem eiuſdem ſancti, de quo teſtatus eſt Dominus quod maior inter natos mulierum non ſurrexit. Statuimus etiam ut prefati capellani cum eiſdem canonicis equalem recipiant portionem in beneficiò quod noſtro anniverſario fuerit aſſignatum, ſi tamen predicti capellani preſentes fuerint anniverſario memorato. Ne autem in poſterum, ſuper prefatis centum ſolidis, noſtra poſſet eccleſia moleſtari, ſi hec noſtra donatio ad veſtram noticiam non veniſſet, preſenti ſcripto eam fecimus annotari, & ſigilli pontificalis auctoritate muniri, excommunicationi ſubiacere decernentes omnes illos qui huic noſtre confirmationi ſe temere duxerint opponendos.

Actum anno incarnationis dominice milleſimo ducenteſimo decimo, menſe maio.

1212, 25 mars. XXXIX Patrarum.

A., Patrenſis archiepiſcopus, Guidoni de Roti, fragmentum ligni crucis S. Andreæ concedit.

[Marlot, *Metrop. Remenſis hiſt.* (1666, in-f°), II, p. 477.]

Univerſis Chriſti fidelibus ad quos preſentes littere pervenerint, A., Dei gratia Petracenſis archiepiſcopus, ſalutem in Domino.

Sicut ex antiquorum relatione Grecorum didicimus, qui ante nos in Petracenſi eccleſia fuerunt, preſens lignum, quod latori preſentium, Guidoni de Roti, in ſignum devotionis dedimus, *de illo ligno* eſt, *in quo* dilectus Dei *Andreas apoſtolus creditur fuiſſe crucifixus*, in cuius rei teſtimonium eidem preſentes litteras dedimus ſigilli noſtri munimine roboratas.

Datum Patras, octavo calend. aprilis.

1215, 3 iun. XL Claraevallis.

Hugo, quondam abbas S. Gisleni & cancellarius Romaniæ, testatur se ab Henrico imperatore crucem cum Ligno Domini, Claravalli donandam, accepisse.

[Lalore, *Trésor de Clairvaux*, pp. 125-126.]

Omnibus Christi fidelibus ad quos scripturam subsequentem pervenire continget in seculum, frater Hugo, Sancti Gilleni quondam abbas, & nunc humilis monachus Clarevallis, salutem & suscripte narrationis accipere & tenere firmissimam veritatem.

Postquam per Salahadinum Terre Sancte Ierosolimitane fuit aditus christianis occlusus, & denuo, tam per reges & principes quam per nobiles & ignobiles, ad exturbandam a terra sanctorum gentem inimicam, turme fidelium ex omni fere natione que sub celo est, sepius concurrissent, quidam clarissimi principes & magnates regni Francorum, scilicet vir illustris Balduinus, comes Flandrie, & germanus eius Henricus, & vir nobilis Ludovicus, comes Blesensis, associatis sibi quamplurimis, quos ex diversis partibus Occidentis, eadem fides & devotio ad ulciscendam Salvatoris iniuriam, signaculo sancte crucis assumpto, nacta temporis opportunitate ad agendam peregrinationem suam, peregre sunt profecti. Dum autem essent in itinere medio constituti, occasione suborta, visum est primis exercitus Constantinopolim oportere diverti. Unde ipsa civitate terra marique viriliter expugnata, predictus Balduinus summam imperij obtinuit, &, post ipsum, germanus eius, prescriptus Henricus. Ego vero, cum eidem Balduino, ab initio profectionis sue, fidelissimus comes & domesticus adhesissem,

in eum favorem & gratiam me habuit & tenuit idem germanus eius & ſucceſſor Henricus, ut omnium que habebat in theſauris, ſive reliquiis, quarum ibi a diebus pie memorie imperatricis Helene & Conſtantini filij eius, ceterorumque ſibi in imperio ſucceſſorum, aggregata fuerat multitudo, ſingularem me faceret clavicularium & cuſtodem; hinc eſt quod, cum affectuoſe reverti deſiderarem in Franciam & precipue Clarevallem, ubi ſpecialiter habitum nigrum mutare in candidum, ſecundum arctiorem diſciplinam Ciſtercienſis ordinis, affectabam, apud ipſum imperatorem inſtiti ſollicitis precibus ac devotis, ut locum ipſum Clarevallis, ubi avunculus eius, clariſſimus & optime recordationis, Philippus, comes Flandrie, ſepulturam, a partibus Iheroſolimitanis reportatus, habere dignoſcitur, ex tanta reliquiarum gloria venuſtaret. Ipſe igitur, ad hoc facillime ex ſuggeſtu ingenite liberalitatis inductus, imprimis honorificam *partem vivifice Crucis, in crucis effigiem figuratam*, michi manu propria contulit, ſub nomine Clarevallis, eidem Clarevalli per me ex imperiali munificentia preſentandam, ac deinceps de precioſiſſimis quibuſque [reliquiis] portiunculas competentes accipere me conceſſit, que, ipſo legante, ſimul attuli & contuli Clarevalli.

1215, 1 decemb. XLI Romæ.

Ioannes, Neopatrenſis archiepiſcopus, monaſterio Gemblacenſi, inter alias reliquias, digitum triumphalem S. Nicolai mandat.

[Molanus, *Indiculus SS. Belg.*, ff. 64 v° - 65 r°; — Rayſſius, pp. 226-227.]

Iohannes, Dei gratia, Neopatrenſis archiepiſcopus, Wi-

lelmo abbati, & conventui Gemblacensi, & universis Christi fidelibus, salutem in auctore salutis.

Universitati vestre notum facimus, quod nos caritatis instinctu, partim etiam natalis patrie (que movet omnes) dulcedine ducti, munus pretiosum omni veneratione dignum, videlicet: *de Ligno Domini; de sepulcro Domini; de ossibus beatorum Georgij & Antonij;* & *digitum piissimi & gloriosi confessoris sancti Nicolai, quem christianissimus imperator Constantinopolitanus, ad prelium contra inimicos suos preliaturus, ante se deferri fecit,* fiduciam habens cum effectu, quod meritis eiusdem confessoris triumphator existeret, & *pannum sericum deauratum,* ecclesie Gemblacensi, de qua duximus originem, per manus dilecti nostri Wilelmi, eiusdem cenobij abbatis, deferendum, dignum duximus destinare. Omnibus autem, qui memoratam ecclesiam, ob venerationem harum reliquiarum visitaverint, & de facultatibus suis aliquid impenderint, omnium benefactorum ecclesie Neopatrensis, & suffragiorum ipsius, de misericordia Dei confisi, concedimus communionem. Fraternitatem etiam vestram diligentius hortamur, quatenus hoc sanctuarium Dei, pia devotione ac celebri veneratione, sicut decet, amplectamini, Deo modis omnibus laudes referentes, quod partes vestras tanto dignatus sit honore visitare. Hoc solum in recompensationem tanti muneris a fratribus ecclesie Gemblacensis repetendum duximus, quod nos orationum suarum apud Deum patrem constituant participes.

Datum Rome, in terminatione concilij Lateranensis, calendis decembris, feliciter.

1216, 4 ian. XLII Laterani.

Innocentius III Henrico, abbati, & conventui S. Dionysij, corpus sancti Dionysij, e Constantinopoli, a Petro Capuano, Romam delatum, mittit.

[Bulæus, *Hist. univ. Paris.*, III, p. 85; — Louvet, *Antiq. de Beauv.*, p 377; — Loisel, *Mém. de Beauvais*, p. 286; — Doublet, *Hist. de S. Denys* p. 544; — Dubois, *Hist. eccl. Paris.*, II, p. 287; — Félibien, *Hist. de S Denys*, pr., p. cxvij; — *AA. SS. Boll.*, Apr. I, p.741; — *Ibid.*, Octob. IV, pp 797-798; — Inn. III *Opera*, ed. Migne, IV, p. 241 (Potthast, nº 5043).]

Anno ab incarnatione Domini MCCXV, Innocentius, sancte Romane ecclesie Papa III, ad urbem generale concilium convocavit. Ad hoc concilium convenerunt ex omni natione, que sub celo est, pastores & prelati sancte matris Ecclesie, patriarche videlicet, archiepiscopi, pontifices & abbates, & inferioris gradus & ordinis alie persone, quarum non erat numerus. Reges etiam & principes diversorum populorum, vel per se, vel per nuntios, adfuerunt. Vir autem venerabilis abbas Beati Areopogite Dionysii, Henricus nomine, cum ceteris interesse non potuit, quia provecte etatis imbecillitas non permisit. Misit autem pro se & pro ecclesia sua virum religiosum & honestum, Hemericum magistrum, priorem, cum aliis personis eiusdem ecclesie, qui se, loco sui, prout oportunius possent, domini Pape presentie presentarent. Soluto concilio, concessa est singulis licentia recedendi. Dominus autem papa, volens omnibus palam facere benevolentiam & gratiam atque pium dilectionis affectum, quem erga venerabile cenobium Beati Dionysij & tunc habebat & semper habuerat, vocavit ad se prefatum Hemericum ac socios eius, &, in pignus perpetue caritatis, dedit eis thesaurum impretiabilem, corpus videlicet sanctissimi Dionysij confessoris, Corinthiorum episcopi, ut ipsum secum cum honore debito in Franciam transferrent, & ex parte sua ecclesie Beati Dionysij cum omni reverentia presentarent. Tradidit illis preterea sue largitionis testimoniales litteras, sigillo sancte sedis apostolice roboratas. Illi vero cum condignis gratiarum actionibus, tam nobile, tam sanctum, tam denique venerandum suscipientes depositum, gratuita summi pontificis exhilarati munificentia, quam citius potuerunt, in Franciam remearunt. Qui cum accessissent ad ecclesiam Beati Dionysij de Strata, ix kal. martij, prima scilicet sabbathi, que dies dominica nuncupatur, occurrit eis venerabilis abbas & conventus cum processione solenni, albis & cappis sericis induti, cereis accensis, pulsatis campanis, & universo clero & populo comitante: & sic, cum hymnis & laudibus, gloriosus confessor & pontifex Corinthiorum, Dionysius, intromissus est in

ecclesiam sanctissimi Areopagite Dionysij, &, magna missa de ipso confessore in ornamentis solennibus solenniter celebrata, intra apsidam, que super corpora sanctorum martyrum, retro altare, in sanctis sanctorum, sita est, in vase eburneo decenter composito, locatus est. Sed quia modus & causa donationis huius apostolice, & venia que ab eodem concessa est omnibus, qui ad sacras sancti huius confessoris reliquias honorandas devote accesserint, in eiusdem authentico plenissime continetur, ipsum in hoc loco submectere curavimus, ut non solum a presentibus, sed etiam a posteris geste rei veritas certior habeatur.[1]

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati & conventui Sancti Dionysij Parisiensis, salutem & apostolicam benedictionem.

Utrum gloriosus martyr & pontifex Dionysius, cuius venerabile corpus in vestra requiescit ecclesia, sit ille censendus qui Areopagita vocatur, ab apostolo Paulo conversus, diverse sunt sententie diversorum. Quidam namque Dionysium Areopagitam in Grecia fuisse mortuum & sepultum, aliumque Dionysium extitisse qui fidem Christi Francorum populis predicavit. Alij vero asserunt illum post mortem beati Pauli venisse Romam, & a sancto Clemente papa in Galliam destinatum, aliumque fuisse qui mortuus est in Grecia & sepultus: utrumque tamen egregium in opere ac sermone preclarum. Nos autem neutri volentes preiudicare sententie, sed vestrum cupientes monasterium honorare quod immediate ad Romanam spectat ecclesiam, *sacrum beati Dionysij pignus*, quod bone memorie P[etrus Capuanus], tituli sancti Marcelli presbyter cardinalis, tunc apostolice sedis legatus, de Grecia tulit in urbem, vobis per dilectos filios Haimericum priorem, & quosdam alios nuntios monasterij vestri ad generale concilium destinatos, devote dirigimus, ut, cum utrasque reliquias habueritis, nulla de cetero remaneat dubitatio, quin sacre beati Dionysij

1 **Prologus iste bis in *AA. SS. Boll.*, ll. cc., iampridem typis mandatus est.**

Areopagite reliquie apud vestrum monasterium habeantur. Vos igitur eas reverenter suscipite, hanc nobis vicissitudinem rependentes, ut in orationibus vestris specialis semper ad Deum commemoratus nostri fiat, &, secundum oblationem eorumdem nuntiorum vestrorum, anniversaria obitus nostri memoria in eodem monasterio solemniter celebretur. Omnibus autem qui ad has sacras reliquias venerandas devote convenerint, quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis auctoritate apostolica relaxamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis & remissionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Laterani, ij non. ianuarij, pontificatus nostri anno octavo decimo.

1216, 29 ian. XLIII Atrebati.

Warinus, archiepiscopus Thessalonicensis, unum ex dentibus S. Iohannis Baptistæ monasterio de Phalempin elargitur.

[Buzelinus, *Gallo-Flandria*, I, p. 139.]

Omnibus sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentium notitia pervenerit, G[uarinus], Dei gratia Thessalonicensium archiepiscopus & totius Romanie cancellarius, salutem in Domino.

Sciat fidelium tam futurorum quam presentium universitas, quod nos viro venerabili & carissimo in Christo abbati de Phalempin, Tornacensis diocesis, dedimus *unum ex dentibus beati Iohannis Baptiste*, quo maior inter natos mulierum non surrexit, significantes vobis, quod

cum ecclesia iam dicta de Phalempin multifarie multisque modis, tum guerre, tum predonum, tum raptorum, ac demum proprij incendij persecutionibus, immo percussionibus, damnificata sit miserabiliter & attrita; omnibus, qui ob reverentiam sanctuarij antedicti monasterium adiuverint memoratum, ibique suas pie porrexerint eleemosynas, liberaliter concedimus, & gratanter ipsorum omnium orationum pariter & bonorum, que deinceps in nostra provincia fient iam dicta, effici participes, & consortes.

Datum Attrebati, anno gratie MCCXVI, iv kal. febr.

1216 (?) XLIV Chalcedonis (?)

Angermerus, lector ecclesiæ Chalcedonensis, Herveo episcopo, & capitulo Trecensibus, per Iohannem l'Anglois, quamdam Vitam beatæ Helenæ Athyrensis, *a seipso conscriptam, mandat.*

[Documentum deperditum, cuius versio tantum gallica superest, a « Des Guerrois » (*Saincteté chrestienne*, Troyes, 1637, in-4°, f. 333) confecta.]

Au très-sainct pere Hervée, evesque, & au venerable Nicolas doyen & chapitre de Troyes, Angermer, lecteur de l'eglise de Chalcedoine, salut.

Scachez que Jean votre clerc ou chapelain s'est adresse a moy dans Constantinople l'an 1215, le 4 des nones de mdy (c'est le 4 du mesme mois), auquel iour l'eglise de Constantinople, & toute la Province, & signamment la ville de Naturas celebre la memoire de l'heureuse vierge S. Helene, & quoy que cette ville de Naturas continue a celebrer cette solemnité, toutefois l'alegresse est fort diminuée, pource qu'elle est privée de ce sainct corps, qu'elle n'a plus present : & toute cette Province ne regrette point tant la perte

de ſes richeſſes, joyaux & precieux meubles, que celle des ſacrées reliques des Saincts dont elle a eſté deſpouillée. Or ledit Jean voſtre chapelain ayant appris de pluſieurs latins que j'eſtois François, né en un village du Dioceſe de Troyes nommé Courbetault, demeurant à Conſtantinople long-temps auparavant le ſiege & la priſe d'icelle ville, en laquelle j'ay appris la langue grecque, ſe deſcouvrant à moi familierement a cauſe du pays, me fiſt voir les lettres de vos reverences par leſquelles j'ai cogneu veritablement que le corps de la ſaincte Vierge, que nous avons perdu, & lequel ay ſouvent veu entier en la ville de Naturas, eſt maintenant en voſtre poſſeſſion ſain, & ſans pouriture, Dieu n'ayant voulu permettre la corruption d'un corps lequel vivant a conſervé ſon integrité virginale. Donc par vos lettres, vous donniez charge expreſſe d'en rechercher l'hiſtoire compoſée par S. Jean Chryſoſtome, & ledit Jean (qui a été le devot tranſporteur de ce ſ. corps) m'en faiſoit grande inſtance de la rechercher & traduire de l'idiome grec au latin, ayant au préalable exigé de moy ſerment de ne reveler à aucun qu'il avoit enlevé & tranſporté ce ſ. corps, ce que je luy promis: à l'inſtant je viſitay les anciennes bibliotecques de pluſieurs egliſes, eſquelles je trouvay divers traitez faits ſur la vie & converſation de ladite bienheureuſe Vierge, leſquels je n'ay voulu tous traduire pour eſtre trop long, & auſſi que la charge en euſt eſté beaucoup onereuſe pour lui, porteur des preſentes, ains j'ay ſeulement fait un brief recueil des choſes qui me ſembloient vous eſtre plus neceſſaires & utiles, ſelon que le porte l'hiſtoire grecque que j'ay fidellement traduit, ce que je vous envoye & preſente liberallement, n'en demandant ny eſperant point d'autre ſalaire, ſinon les prieres envers Dieu de la bienheureuſe Saincte, & les voſtres particulieres faictes pour moi pecheur.

1218, 18 mai. XLV Namurci.

Instrumentum quo capitulum S. Albani Namurcensis, inter alias res pretiosas, reliquias Constantinopolitanas custodiendas recipit.

[*Analectes p. servir à l'hist. de la Belgique*, I, pp. 54-58, ex originali.]

Hec sunt res ecclesie Sancti Albani in Namurco quas ipsa ecclesia debet custodie :

Magnus calix argenteus deauratus; quatuor partes de sancta Cruce in quatuor aureis cassibus; *Corona Domini spinea;* duo ventilabra argentea; *Sanguis Domini* & capilli eius in vasis cristallinis; *purpura Domini in vase aurea;* quatuor filateria argentea, Laurentij, Andree, *Iacobi minoris* & Gregorij. In camahiu: dens sancti Petri, dens Syxti, dens Katharine, iunctura pedis Margerethe, iunctura manus Iacobi maioris; duo thuribula argentea; duo candelabra argentea; duo urceoli argentei; duo pelves argentei; vas electri cornutum; urceus argenteus ad benedictam aquam; cuppa argentea; crucifixus cupreus deauratus cum Maria & Iohanne; corona cuprea pendens super altare. Alia autem que sequentur, remanent in custodia custodis & sub periculo eius; unum thuribulum argenteum & cruces quatuor; septem candelabra cuprea; septemdecim cappe; quinque casule; septem dalmatica cum duobus collariis aurifrigidi; tela artificiosa; altare Apostolorum deargentatum cum manutergio sibi proprio, & aliud altare eburneum; decem albe; ornamentum altaris Sancte Crucis, coopertorium scilicet & duo dextralia; ornamentum maioris altaris, coopertorium scilicet, & duo dextralia, & duo manutergia; paramenta duarum albarum; tres calices argentei; quatuor pilei grisij; tres pectines eburnei; magnum auri-

frigidum altaris & duo fruſtula aurifrigidi; ciphus marmoreus ad opus cinerum; duodecim culcitre integre, & triginta & tres deciſe que ſunt ſimiles vexillis; quatuor vexilla; due hiſtorie: Hemo & Beda; Prophetie, Miſſale, duo Antiphonaria nocturnalia, quatuor Gradualia, duo Pſalteria, duo texta Evangelij, vetus Paſſionale & quindecim quaterni novi Paſſionalis, duo Communes, tres Collectales; Priſcianus, Virgilius & Oratius; viginti & quatuor filateria vetera cum baculo.

Actum eſt hoc feria ſexta proxima poſt feſtum Servatij, anno Verbi incarnati MCCXVIII.

1220, 30 ſept. XLVI Magdeburgi.

Albertus, Magdeburgenſis archiepiſcopus, Engelhardus, ep. Naumburgenſis, Eccardus, ep. Merſeburgenſis, & Sigfridus, ep. Brandenburgenſis, quaſdam indulgentias omnibus, eccleſiam Halberſtadenſem, in die Adventus reliquiarum Conſtantinopolitanarum viſitantibus, concedunt.

[Riedel, *Cod. dipl. Brandenb.*, I, viij, p. 137.]

Venerabili in Chriſto fratri F[riderico], Halberſtadenſi epiſcopo, M. prepoſito, A. decano totique maioris eccleſie ſue capitulo, A., Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus, E. Nuwenburgenſis, E. Merſeburgenſis, & S. Brandeburgenſis, epiſcopi, orationes in Domino.

Cum fraterne caritatis affectu, eccleſiam veſtram in omnibus quibus unquam poſſumus ſemper honorare volentes, preſentium auctoritate concedimus, ut quicunque penitentes, vel alij Deo devoti, in die Adventus reliquiarum & dedicationis eccleſie veſtre, de noſtris dioceſibus ad eccleſiam veſtram cum devotione confugerint, eandem gratiam, eandem indulgentiam quam veſtris ſubditis decreveritis faciendam ab eccleſie veſtre antiſtite, libere conſequantur. Ut hec vobis in perpetuum firma ſint & venientibus profutura, hanc paginam ſigillorum noſtrorum impreſſione ſignatam vobis & eccleſie veſtre in teſtimonium erogamus.

Datum Magdeburg, anno dominice Incarnationis MCCXX, ij kal. octobris.

1222, sept. XLVII S. Germani in Loia.

Philippus II Augustus, abbatiæ S. Dionysij sua legat ludicra (inter quæ reliquias a Balduino I missas).

[Teulet, *Layettes du Trésor des Chartes*, nos 1546, 1547, t. I, pp. 549, 551.]

. . . .

Item donamus & leguamus abbatie Beati Dionisij, in qua sepulturam eligimus, omnia ludicra nostra, cum lapidibus pretiosis, & coronas nostras aureas, cum lapidibus pretiosis, & *cruces aureas*, & omnes lapides pretiosos, ita tamen quod pro salute anime nostre, singulis diebus, viginti monachi presbiteri celebrent divina, & super hoc fatiendo habeant heredes nostri cartam abbatis [&] capituli in perpetuum fatiendo ....

.... *De rechief, nous donnons e lessons à l'abéie de Seint-Denis, où nous avons elleu nostre sépouture, touz noz jouaus o les pierres précieuses, e noz coronnes d'or à pierres précieuses, e noz* croiz d'or, *e toutes les pierres précieuses. Ainsint, ce est à savoir que xx moines prestres chanteront leurs messes chascun jour pour le salu de nostre âme ; & de ce fère à tous jors mes noz hoirs en aient chartre de l'abé e dou couvent .....*

1222 (?) XLVIII Parisius.

Iohannes Pictaviensis, canonicus S. Victoris Parisiensis, Petrum, canonicum S. Martini Trecensis, de capite s. Victoris, a Garnerio de Trainel, Trecensi episcopo, e Constantinopoli misso, interrogat.

[Du Cange, *C. P. Christ.*, II, p. 140; — *AA. SS. Boll.*, Iul. V, p. 137.[1]]

1 Cum codd. mmss. Bibl. nat. Paris., lat. 14673, f. 57 v°, & Bibl. Mazar., 2873, f. 110 v°, collatum.

Venerabili fratri, domino Petro, canonico S. Martini Trecensis, frater Ioannes Pictaviensis, canonicus S. Victoris Parisiensis, salutem.

Intimo cordis affectu, vestre supplico fraternitati ut certitudinem illam quam vos *de capite beati Victoris* Maxiliensis meministis habere, insinuare nobis dignemini...

. . . .

1222. XLIX Trecarum.

Petri, canonici S. Martini Trecensis, ad Iohannem Pictaviensem responsio.

[*Ibid.*]

Frater Petrus, fratri Ioanni.

Hoc vobis de certitudine capitis beati Victoris insinuo, quod imperator Constantinopolitanus Caloiohannes, nomine tertius, ante Emanuel, volens fundare quandam ecclesiam in honore beati Victoris Maxiliensis, misit nobilem quendam virum ad civitatem Maxiliensem, cum preciosis muneribus ac reliquiis plurimorum sanctorum, insinuans domino Maxiliensi, ut remuneratione predictorum munerum aliquid de corpore beati Victoris sibi mittere dignaretur; qui satisfaciens eius petitioni, misit imperatori magnam partem capitis prefati martyris. Et sic illa per nuncios parte recepta, fundavit ecclesiam in honore beati Victoris in Constantinopolitana urbe, infra muros, non longe a Portis Aureis. Urbe autem subiugata, dominus Garnerus, episcopus Trecensis, cuius ego Petrus eram capellanus, accessit ad ecclesiam beati Victoris, in qua erat conventus monacorum. Assumpsit autem idem episcopus ab eadem ecclesia caput beati Victoris, pretioso vase repositum, cum aliis reliquiis sanc-

torum. Ego vero Petrus, ab eodem episcopo, domino meo, pro servitio quod ei impenderam, postulavi, ut partem illam capitis sancti Victoris conferre mihi dignaretur: qui petitioni mee satisfaciens, litteras sigilli sui munimine impressas, & aliorum episcoporum qui erant in civitate predicta, in testimonium illius partis capitis, & aliarum reliquiarum, mecum in Galliam reportavi. Demum vero partem illam sanctissimi capitis Victoris beatissimi dedi magistro Petro de Corbolio, tunc Senonensi archiepiscopo. Idem vero archiepiscopus magnam contulit portionem illius partis capitis ecclesie Beati Victoris, prece domini Iohannis Teutonij, tunc eiusdem ecclesie abbatis. Suscepimus autem eandem portionem sanctissimi capitis cum processione & gaudio pridie idus aprilis.

1223, aug. L S. Dionysij.

Litteræ Petri, S. Dionysij abbatis, de ioellis ecclesiæ eiusdem, a Philippo II Augusto legatis, & a Ludovico VIII redemptis.

[Teulet, *Layettes du Trésor des Chartes*, n° 1598, t. II, p. 10.]

Petrus, Dei gratia Beati Dyonisij abbas, & eiusdem loci conventus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod pie recordationis Philippus, rex Francie illustris, omnes ioellos suos nostre ecclesie legavit, ita ut venderentur, & de eorum precio redditus emerentur ad opus ecclesie nostre. — Quos emit rex illustris Ludovicus, & nobis solvit pro eorum precio undecim milia & sexcenta librarum, de quibus, bona fide, ponemus decem milia librarum in emptionibus reddituum ad opus ecclesie nostre, & augmentabi-

mus de viginti monachis conventum nostrum, ad divina celebranda cum aliis, pro remedio anime ipsius regis Philippi & antecessorum suorum in perpetuum. — Et alias mille & sexcentas libras ponemus in emptione reddituum ad pitanciam faciendam toti conventui in vigilia anniversarij ipsius regis Philippi & in die, in perpetuum; & *crucem auream*, quam idem Philippus ecclesie nostre legavit, pro aliquo homine vivente vel pro aliqua re que contingere possit, non alienabimus de ecclesia nostra. — Hec autem supradicta tam nos abbas Sancti Dyonisij quam totus noster conventus firmiter tenenda & fideliter exequenda bona fide creantavimus. In cuius rei testimonium presentem paginam sigillis nostris fecimus roborari.

Actum anno Domini MCC vicesimo tertio, mense augusto.

1224, 28 mai. LI Laterani.

Honorius III indulgentias, omnibus ecclesiam S. Stephani Halberstadensis in die reliquiarum Constantinopolitanarum visitantibus, concedit.

[Ex originali in Archivo regio Magdeburgensi (*Stift Halberstadt*, XII, *Anhang*, nº 5), asservato.[1]]

Honorius episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus per Alberstadensem diocesim constitutis, salutem & apostolicam benedictionem.

Divina benignitas, virtutes largiens, ut premia largiatur, & si bonorum nostrorum non egeat, letatur tamen in suorum devotione fidelium, & se ab eis specialiter in suorum veneratione sanctorum honorari desiderat, ut materiam habeat eisdem sue devotionis premia largiendi. Cum ergo in ecclesia Beati protomartyris Stephani Halberstadensis, in die inventionis sacri corporis eius, solempnis festivitas celebretur, tum quia dedicata extitit die illo, tum quia venerande *sanc-*

1 Cuius apographum nobis præbuit dom. R. Röhricht, ph. doct.

torum reliquie, quas venerabilis frater noster C[onradus], quondam Alberstadensis episcopus, *de Constantinopolitanis partibus attulit,* ipso die fuerunt reverenter condite in eadem, nos ad ea vos satagentes inducere, per que possitis ipsorum sanctorum promereri suffragia & eterna premia merito expectare, omnibus vere penitentibus & confessis, qui die ipso ad prefatam ecclesiam, cum devotione accesserint, divine propitiationis gratiam petituri, viginti dies de iniunctis sibi penitentiis, de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli apostolorum, eius auctoritate confisi, misericorditer relaxamus.

Datum Laterani, v kalendas iunij, pontificatus nostri anno octavo.

1224, 30 sept. LII Clari-Montis.

Guillelmi de Villa-Harduini, principis Achaiæ, testimonium de Sanguine Christi, per Arnulfum de Lotti, ecclesiæ S. Remigij Remensis mandato.

[Marlot, *Metrop. Remensis hist.*, I, p. 336; — gallica versio: Du Cange, *Hist. de C. P.*, pr., p. j.]

Viris religiosis & devotis, abbati & conventui Sancti Remigij Remensis, Guilelmus de Villa-Harduini, princeps Achaïe & romanus senator, se totum & eorum orationi & suffragiis &c.

Sanctitati vestre & omnibus presentes literas inspecturis, dignum duximus significandum, quod in vasculo, quod per Arnulfum de Lotti, monachum vestrum, & consanguineum nostrum, vobis transmisimus, credimus esse *de illo pretioso Sanguine,* qui de latere Domini in cruce pro salute fidelium emanavit, sicuti nobis & multis viris prudentibus fide dignis est intimatum: fuit enim pretiosus ille sanguis inventus in thesauro domini imperatoris Constantinopolitani, diversis superscriptionibus presignatus ....

Actum apud Clarum-Montem, secundo kal. octobris, anno Domini MCCXXIV.

1229, 23 apr. LIII Trecarum.

Capitulum Trecense, ad capsam beatæ Helenæ Athyrensis instaurandam, unum sextarium frumenti de qualibet prebenda assignat.

[Camusat, *Promptuarium eccl. Trec.*, f. 27 v°, ex *Chartulario eccles. Trecensis*, f. 72; — *AA. SS. Boll.*, Mai VI, p. 574.]

M., decanus capitulumque Trecense omnibus &c.

Cum ad corpora sanctorum in nostra ecclesia quiescentium veneranda teneamur specialiter: attendentes quod, nuper ex subita ecclesie Trecensis ruina, *capsa beate virginis Helene*, in qua ipsius corpus tunc temporis requievit, penitus fuerat diruta & confracta, nec ipsius corpus gloriosum passum est, sicut patet, in aliquo lesionem: nos ad ipsius capsam de novo inceptam, ex communi assensu ordinavimus, ut ad reparationem dicte capse, de qualibet prebenda, unum sextarium frumenti caritatis intuitu conferatur.

Datum anno MCCXXIX, die lune post Quasimodo.

1230, febr. LIV Constantin.

Waltherus, præpositus S. Mariæ de Cinctura, Lamberto, præposito S. Mariæ Brugensis, quasdam concedit reliquias.

[Rayssius, pp. 319-320.]

Walterus, prepositus ecclesie Beate Marie de Cinctura, Constantinopolis, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, in nostro Salutari salutem.

Quum sit, humani generis peccatis exigentibus, adeo perversa conditio, quod proclivis sit in partem interpretari deteriorem ambigua, & condemnet facilius

quam abſolvat, ad notitiam ſingulorum volumus pervenire, quod nos, qui licet indigni videmur, de ſacroſanctis ſanctorum reliquiis, *de zona glorioſe virginis Marie, de brachio ſ. Bartholomei apoſtoli, de brachio ſ. Blaſij martiris glorioſi atque pontificis, de ſanctis Laurentio atque Stephano protomartire*, per eccleſias Conſtantinopolitanas, cum omni, quam potuimus diligentia, ex pia largitione prelatorum earundem eccleſiarum, recollegimus, & cum devotione, qua potuimus, longo tempore cuſtodivimus & honore, ſperantes quod in partibus tranſmontanis, debeat iiſdem ſacroſanctis reliquiis reverentia amplior exhiberi; dilecto noſtro Lamberto, prepoſito Beate Marie Brugenſis, conceſſimus ſacroſanctas reliquias ſuperius annotatas. Ne vero ſuper his poſſit in mentibus aliquorum heſitationis ſcrupulus ſuboriri, ſed eiſdem ſacroſanctis & veriſſimis reliquiis poſſit & debeat indubitanter omnis honor, ab omnibus Chriſti fidelibus, fideliter devote fieri, preſentes litteras eidem prepoſito tradidimus, ſigilli noſtri munimine roboratas.

Datum Conſtantinopoli, anno MCCXXX, menſe februario.

1232, mart. LV Conſtantin.

Moyſes epiſcopus eidem alias reliquias largitur.

[Rayſſius, pp. 320-321.]

Moyſes, Dei gratia epiſcopus Romonerenſis terre Hieroſolimitane, univerſis Chriſti fidelibus ad quos littere iſte pervenient, in Domino ſalutem.

Noveritis quod, ad dilecti in Chriſto filij Lamberti, prepoſiti Beate Marie Brugenſis, precum inſtantiam, ex cuius inſinuatione, eccleſiam ſuam precioſam carere reliquiis

percipimus, ex miri misericordia & largitione pia, de reliquiis, quas de partibus Hierosolymitanis, in magna veneratione, annuente divina gratia, nobiscum constanter apportavimus, videlicet: de vitta gloriose Virginis Marie, de S. Philippo apostolo & de s. Blasio, *eidem ad honorem virginis Marie, benigne contulimus. Sed ne super hoc fidelium fides incerta permaneat, litteras nostras testimoniales, sigilli nostri munimine roboratas, eidem concessimus; verumtamen, quia de cunctarum reliquiarum adventu, sicut iustum est, fideles gratulari debent, nos, de Dei omnipotentis confisi misericordia, horum omnium sanctorum intercessionibus, nostra etiam auctoritate, quam a summo pontifice obtinuimus, omnibus Christi fidelibus vere confessis, qui earum demonstrationi interfuerint, & honorificaverint, & postmodum corde contrito visitaverint, quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis, in Eius nomine, qui peccata dimittit misericorditer relaxamus.*

Datum Constantinopoli, anno MCCXXXII, mense martio.

1232. LVI Constantin.

Anselmus, procurator (?) S. Mariæ Magdalenæ Constantinopolitanæ, quasdam s. Stephani reliquias Lamberto eidem concedit.

[Beaucourt de Noortvelde, *Descr. de N. D. de Bruges*, p. 174.]

Anselmus, divina miseratione pro..... S. Marie Magdalene Constantinopoli, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod dilecto nostro Lamberto, preposito Beate Marie Brugensis, *de globo protomartyris Stephani* veras reliquias, ad laudem & honorem Dei & gloriose Virginis, contulimus.

Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo secundo.

1234. LVII Halberstadij.

Sigfridus, Moguntinensis archiepiscopus, donationem Conradi de Krosigk (supra n° XXXV) *confirmat.*

[E *Copiali* n° CI (ff. 26-28) Archivi regij Magdeburgensis.[1]]

Siffridus, Dei gratia, sancte Moguntine sedis archiepiscopus, in perpetuum.

Cum in servitio Dei & generalis ecclesie, immo & in legatione serenissimi domini nostri Romanorum regis ad partes Saxonie venissemus, accessimus ad ecclesiam Halberstadensem, in qua prepositus, decanus, ceterique canonici eiusdem ecclesie litteram quandam seu privilegium statuti, donationis & indulgentie nobis humiliter obtulerunt, quam perspeximus & perlegimus diligenter; quo peracto, predicti canonici nobis devotius supplicarunt, ut ea, que in eadem littera & in eodem privilegio continentur, grata & rata habentes, dignaremur auctoritatis nostre munimine confirmare. Predictum vero littere, statuti, donationis, privilegij & indulgentie rescriptum tale est:

« In nomine sancte &c. . . . .
. . . . »

Nos igitur, ecclesiam Halberstadiensem & canonicos ecclesie eiusdem omni quo possumus honore prevenire cupientes, petitioni ac supplicationi eorum pio concurrentes affectu, statuta, indulgentias, donationes & alia que in auctentico rescripti superius positi continentur, grata & rata habemus & ea authoritate metropolitana confirmamus, volentes quoque superdicte ecclesie & eiusdem loci canonicis, quos sincera in Domino diligimus caritate, in hoc nostro iucundo adventu facere gratiam ampliorem, de misericordia Dei omnipotentis confisi, authoritate beatorum apostolorum Petri & Pauli, domini pape & nostre, omnibus qui, in veneranda festivitate predictarum reliquiarum, ad ecclesiam Halberstadensem devote accesserint, omnia peccata venialia & offensas patrum & matrum sine gravi manuum iniectione, si de his confessi & contriti fuerint, remittimus & xl de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus.

Datum Halberstat, anno Domini M° CC° XXX° IIII°, pontificatus vero nostri anno tertio.

[1] Apographum a dom. R. Röhricht præstitum.

1237, 16 oct. LVIII Venetiæ.

Iacobus Theupulus, dux Venetiæ, Simonem Bonum (de impignoratione SS. reliquiarum acturum?) Ludovico IX commendat.

[Du Cange, *Hist. de C. P.*, pr., p. 2; cf. Teulet, nº 2608, II, p. 361.]

Excellentissimo ac magnificentissimo domino L[udovico], Dei gratia inclito regi Francie, Iacobus Teupulo, eadem gratia, Venetie, Dalmatie atque Chroatie dux, dominus quarte partis & dimidie totius imperij Romanie sal..... in longitudinem dierum feliciter gloriari.

Cum ad .... reg .... magnitudinis vestre nobilem & .... dilectum Simonem Bonum, latorem presentium ...... oratum ad promovendum ....:. necessariam imperij Constantinopolitani .... impresentiarum dirigamus, eum .... ut eundem sereno oculo intuentem ip...... nemini gratanter susc..... .... dixerit, ei tamquam nobis credentes, ipsum ex iis que pro nobis duxerit postulanda vestra sublimitas .. .. exaudire.

Datum apud nostrum ducale palatium, anno Domini MCCXXXVII, die sexta decima intrante mense octobris, undecima indict.

1238, ant. sept. LIX (?)

Balduini II patentes litteræ, quibus Romaniæ baronibus mandat, ut nuntiis regalibus (Ludovici IX) s. Corona tradatur.

[Docum. deperd., a Gualterio Cornuto (*v. supra Tom.* I, p. 51) recensitum.]

1238, 4 sept. LX Constantin.

Impignoratio sacræ Coronæ spineæ.

[Du Cange, *Ibid.*, p. 2; — Tafel & Thomas, II, p. 346-349; — Teulet, n° 2744, II, pp. 391-392.]

Nos Anselmus de Kaeu, baiulus imperij Romanie, Nariotus de Tuci, Iofredus de Meri, conestabulus, Willanus de Anneto, marescallus eiusdem imperij, Gerardus de Struens, & Milo Tirellus, unanimiter & communi ac pari voluntate atque conscilio omnium nostrum, notum facimus universis presentibus & futuris, presentium seriem inspecturis, quod:

Cum *sacrosancta spinea Corona* Domini nostri Ihesu Christi esset apud illustrem virum, dominum Albertinum Maurocenum, dilectum nostrum, de mandato incliti ducis Venetie, potestatem Constantinopolis, & despotam dicti imperij Romanie, eiusdemque imperij quarte partis & dimidie, vice sui, dominatorem, racione debitorum obligata pro yperperis tredecim milibus centum & triginta quatuor in summa, videlicet: eidem domino potestati, nomine communis Venetie, pro yperperis quatuor milibus centum septuaginta quinque, domine abbatisse monasterij de Perceul, Constantinopolis, pro yperperis quatuor milibus & trecentis, & nobilibus viris, dilectis nostris, Nicolao Cornario & Petro Zanne, pro yperperis duobus milibus & ducentis, atque nobilibus viris Ianuensibus, pro yperperis duobus milibus quadringentis quinquaginta novem; que yperpera omnia iamdudum in utilitate & substentatione eiusdem imperij sunt expensa, & terminus liberacionis alienandi eamdem sacrosanctam Coronam pro his debitis persolvendis iam transierit. Quia pro ipsa Corona redimenda recepimus a te,

viro nobili, domino Nicolao Quirino, dilecto noſtro, de confinio S. Marie Formoſe, yperpera [boni &] recti ponderis tredecim milia centum triginta quatuor, que nobis amicabiliter & benigne mutuaſti, que tredecim milia centum triginta quatuor yperpera tenemur per nos vel per nuncium noſtrum reddere & perſolvere hic in Conſtantinopoli tibi vel tuo nuncio, ſi ſuccurſus nobis advenerit citra viginti dies menſis octobris, qui primus occurrerit, infra viginti dies, poſtquam ſuccurſus ille Conſtantinopolim applicuerit. Et ſi tranſactis eiſdem viginti diebus uſque per totum dictum menſem octobris idem ſuccurſus advenerit, infra decem dies ſequentis menſis novembris primo occurrentis. Si vero per totum eundem menſem octobrem ſuccurſus non advenerit, eamdem ſolucionem tibi facere tenemur per totum eumdem menſem octobrem cum integritate. Unde ad maiorem tui ſecuritatem pro hac tua ſolucione recipienda & habenda, pro te & ad tuum nomen, vir nobilis, dilectus noſter Panchracius Gaverſonus, camerarius communis Venetie in Conſtantinopoli, eamdem ſacroſanctam Coronam habere debet in depoſito hic in Pantocratora, hac condicione quod, facta tibi hac ſolucione, ut ſtatutum eſt, ipſa ſacroſancta Corona in nos vel noſtrum mandatum deveniat. Si vero, ut dictum eſt, ſolutus non fueris, tunc ipſa ſacroſancta Corona in te vel ad tuum mandatum deveniat, Venetiam deferenda, nuncio noſtro tecum veniendo, ubi, ſcilicet in Venetia, habebis poteſtatem, ipſo noſtro nuncio preſente & preſentibus venerabilibus fratribus minoribus & predicatoribus, Venetie commorantibus, eandem ſacroſanctam Coronam disbullandi & oſtendendi domino duci & aliis bonis hominibus Venetie, & iterum ipſam bullandi, preſentibus eodem noſtro nuncio & dictis fratribus, ſigillis eiuſdem noſtri nuncij & eorumdem fratrum, ac alio-

rum, sive alius in adoptione ipsius nostri nuncij; hoc pacto, quod infra quatuor menses, ex quo tu post ostensionem eiusdem Corone dictum nostrum nuncium de Venetia exire permiseris, ibidem in Venetia, tu vel nuncius tuus, solvi debeas de tua statuta pecunia per dominum Balduinum, aut per alium dominum huius imperij, seu baiulum, vel suum nuncium de tot libris denariorum venetialium, quot in summa advenerit tantum plumbum, quod valent tua dicta yperpera hic in Constantinopoli ad racionem de yperperis octo & quarta de yperpero, unumquodque miliarium ad pondus Constantinopolis ponderatum, quod plumbum capit in summa miliaria mille quingenta & nonaginta duo, secundum quod ipsum plumbum valuerit ipsa die, qua ingressus fueris Venetiam, si tali hora ingressus fueris, quod commode sciri possit de precio ipsius plumbi, vel in die sequenti tui ingressus absque condicione, secundum quod in tota summa advenerit ad hanc racionem. Qua solucione tibi, vel tuo nuncio, ibidem in Venetia facta, dicta sacrosancta Corona in dictum dominum Balduinum, aut alium dominum huius imperij, sive baiulum, vel nuncium, vel suum mandatum debeat devenire. Alioquin prolapsis ipsis quatuor mensibus, habeas potestatem plenissimam eandem sacrosanctam Coronam habendi, tenendi, vendendi, alienandi, & quidquid tibi placuerit faciendi, absque alicuius contradictione. Et ita hec omnia iuravimus, tactis sacrosanctis Dei Evangeliis, attendere & observare bona fide, & non contravenire aliquo modo. In cuius rei testimonium has litteras, nostrorum sigillorum munimine roboratas, ad tui tuorumque heredum plenissimam securitatem, tibi benigne concessimus.

Anno Domini ducentesimo trigesimo octavo, mense septembris, die quarto intrante, indictione duodecima, Constantinopoli.

1238, dec. LXI Constantin.

Littera magnatum Romaniæ Nicolao Quirino, ut sanctam Coronam spineam restituat.

[Teulet, n° 2753, II, p. 395.]

Nos Nariotus de Thociaco, baiulus imperij Romanie, G[alfridus] de Merreio, conestabulus, Vuillanus de Alneto, marescallus, G[erardus] de Struen, Milo Tirellus, consiliarij, ceterique barones predicti imperij, dilecto suo nobili viro Nicolao Corino, salutem & sinceram dilectionem.

Dilectioni vestre notificamus, quod nos dilectos nostros, fratrem Andream, fratrem Iacobum, de ordine fratrum predicatorum, & dominum Nicolaum de Sorello, militem, latores presencium, pro sacrosancta spinea Corona Domini redimenda, que vobis vel heredibus vestris, vel aliquibusvis pro [certa] quantitate peccunie, prout in instrumento publiquo super hoc confecto continetur, est obligata, nostros proprios nuncios ad vos, vel ad illos qui pro vobis dictam sanctam Coronam detinuerunt, destinamus, vos rogantes attencius ut ipsam sanctam Coronam eisdem nunciis nostris, prefato debito persoluto, dari & deliberari sine condicione aliqua faciatis. Et si vero ipsorum trium nunciorum unus quoquo modo defecerit, duobus ipsorum iam dictam Coronam nichilominus vos reddatis. Et si ipsorum duorum nunciorum alter quoquo modo interesse non potuerit, uni soli, remoto dubitacionis ostaculo, prebeatis. Et si ipsi tres quoquo modo defuerint, eorum nuncio vel nunciis, presentes litteras offerenti vel offerentibus, sepedictam Coronam omni occasione remota, concedatis.

Datum Constantinopoli, anno Domini millesimo CC° XXX° VIII°, mense decembris.

1238, dec. LXII-LXIII Constantin.

Testimonia magnatum Romaniæ de S. Corona spinea :
1° *ad Ludovicum IX ;*
2° *ad Balduinum II.*

[A Gualterio Cornuto (*v. supra Tom.* I, p. 54) memorata.]

1239, ian.-mai. LXIV (?)

Ludovici IX epistola, qua Friderico II, imperatori Romanorum, mandat, ut nuntiis regalibus s. Coronam allaturis consilium conferat & iuvamen.

[Ab eodem (*v. supra Tom.* I, p. 53) memorata.]

1239, ian.-mai. LXV (?)

Litteræ Ludovici IX ad mercatores de regno Franciæ in Venetia commorantes, ut de mutuo exponant pecuniam ad libitum nuntiorum.

[Ab eodem (*v. supra Tom.* I, p. 53) memoratæ.]

1239.. LXVI Venetiæ.

Nuntij Ludovici IX se a Nicolao Quirino, solutis decem millibus hyperperorum aureorum, sacram Coronam spineam accepisse declarant.

[Documentum in archivo Quirinorum asservatum, & a dom. Rohaut de Fleury (*Instrum. de la Passion*, p. 396) citatum.]

1239, 29 iun. LXVII (?)

Warinus, archiepiscopus Thessalonicensis, abbati & conventui Aquicinctinis reliquias quamplures concedit.

[Rayssius, p. 59; — Outreman, p. 641.]

Ego Warinus, divina miseratione Thessalonicensis ecclesie minister humilis.

Notum facimus universis presentis scripti notitiam habituris, quod, considerata benignitate & gratia quam viri religiosi abbas & conventus Aquicinctenses, solius intuitu caritatis, nobis liberaliter impenderunt; cùm non haberemus qua gratitudine beneficiis receptis equaliter respondere possemus, tamen, ne vitium ingratitudinis prorsus incurrere videremur, de reliquiis sanctorum, quas divina dispensatio, & assensus viri illustris Balduini, Constantinopolitani imperatoris, comitis Flandrie & Hannonie, in Constantinopoli nos habere permisit, Aquicinctensi ecclesie contulimus, videlicet: *de Redemptoris nostri Sanguine precioso; de reliquiis SS. Matthie & Barnabe apostolorum, medietatem minoris ossis brachij sancti Stephani protomartiris, que protenditur a cubo usque ad pugnum; de parte teste capitis beate Clementis; toto mento sancti Georgij martyris, cum uno dente; integro pede beate Marthe, sororis beate Marie Magdalene; iunctura una arietis, quem Abraham pro filio suo immolavit; de reliquiis sanctorum Cosme & Damiani.* Et ne de predictis reliquiis posset in posterum dubietas suboriri, in certitudinem earum, presentes litteras fecimus sigilli nostri testimonio roboratas.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo nono, in die beatorum Petri & Pauli apostolorum.

1239, 12 aug. LXVIII Senonum.

Ludovicus IX Bernardo, episcopo Aniciensi, spinam unam de Corona Domini largitur.

[Giffey, *N. D. du Puy* (Lyon, 1620, in-8°), p. 387; — Ferrandus, *Disquisitio reliq.*, p. 47; — *Gallia Christ.*, II, p. 714; — Cros, *Vie intime de S. Louis*, p. 104.[1]]

Ludovicus, Dei gratia Francie rex, dilectis suis decano & capitulo Aniciensi, salutem & dileccionem.

Presentium tenore vobis significamus, quod die, qua suscepimus sacrosanctam Coronam spineam, que reverendo capiti Ihesu Christi Domini nostri fuit imposita tempore passionis, de Constantinopoli nobis allatam, nos dilecto & fideli nostro beato episcopo vestro, de eadem sancta Corona concessimus *spinam unam*, ob reverentiam beate Virginis, & honorem vestre ecclesie conferendam.

Actum Senone, anno Domini M° CC° tricesimo nono, mense augusto.

1239, decemb. LXIX Montis S. Martini.

Matthæus, dom. de Bellovisu & fratres eius, Balduinum ipsorum patrem, e Constantinopoli redeuntem (?), ecclesiæ B. Mariæ in Monte S. Martini, scrinium unum eburneum & vas aureum cum reliquiis, dedisse testantur, donationem confirmantes.

[E *Chartulario Montis S. Martini* (f. 37, n° 84), in Bibl. nat. Paris. (lat. 5478) asservato.]

Ego, Mattheus, miles, dominus de Bellovisu, notum facio universis presentibus & futuris, quod, cum vir nobilis

1 Cum chartæ originalis exemplari quodam photographico, a dom. Chassaing, Aniciensi, liberaliter dato, collatum.

Balduinus de Bellovisu, pater meus, in vita sua & compos sui, dedisset in perpetuam elemosinam pro salute anime sue & matris mee & antecessorum suorum, ecclesie Beate Marie de Monte Sancti Martini *scrinium* suum *eborneum* & *vasculum aureum*, quod intus est, in quo multa preciosa reconduntur sanctuaria, cum etiam dedisset eidem ecclesie ad anniversarium suum, singulis annis faciendum, decem modiatas terre ad mensuram Viromandensium, sitas in territorio quod vocatur Vallis Presbiteri, contiguas terris ipsius ecclesie; ego, pie aspirans & ad profectum & ad salutem anime sue & mee & matris mee & antecessorum meorum, dictum scrinium & vasculum aureum & sanctuaria intus existentia, concessi prenominate ecclesie de Monte Sancti Martini in perpetuam elemosinam habenda, & prefatas decem modiatas terre, capiendas in Valle Presbiteri iuxta terras eiusdem ecclesie, tamquam liberam elemosinam libere & pacifice possidendas, nichil dominij, nichil servicij, nichil consu[e]tudinis secularis vel exactionis, nec terragium, nec decimas, nichil preter oracionum suffragia in dictis decem modiatis terre retinendo. Hanc autem elemosinam ego dictus Mattheus, & Iacobus, & Adam, milites, fratres mei, in die sepulture venerabilis patris nostri Balduini predicti, presentibus de Honnecort, de Castello *en Cambresis*, de Vermans abbatibus, & presente conventu, presentibus etiam multis militibus, videlicet domino Galtero de Honnecort, domino Galtero de Boussies, domino Matheo Creton, domino Iohanne de Fonsommes, domino Iohanne d'Itre, super altare prenominato pie & devote obtulimus, bona fide promittentes quod dictam ecclesiam super elemosina decem modiatarum predictarum nullatenus perturbabimus, imo permittemus pacifica possessione in perpetuum congaudere. Ibi etiam erat presens dominus Ponchius, abbas ecclesie eiusdem,

qui, auctoritate ordinis Premonstratensis & dignitate privilegiorum a domino papa indultorum, presentibus omnibus, excommunicavit omnes illos qui aliquo ausu temerario contra hanc elemosinam attemptabunt contraire; cui excommunicationi nos fratres predicti concessimus subiacere, & obligari omnes illos qui memoratam ecclesiam super dicta elemosina molestabunt. Et est sciendum quod nos prenominati fratres M[atheus], I[acobus] & Adam tenemur prenominatas decem modiatas terre pretaxate ecclesie Sancti Martini contra omnes, prout debebimus, garandire. Ut hoc autem ratum permaneat & stabile, nos prenominati fratres, Matheus, Iacobus & Adam, milites, presentem cartam sigillorum nostrorum munimine roboravimus.

Actum anno gratie M° CC° XXX° nono, mense decembri.

1241, 13 aug. LXX Candiæ.

Thomas, Gerapetrensis & Arcadiensis episcopus in Creta, Iohanni de Alleya Crucem Manuelis concedit.

[D'Hozier, *Armorial*, reg. III, p. 22; — Barrau, *Notice sur la v. Croix de Baugé*, pp. 33-34 (ex orig.).]

Venerabilibus in Christo patribus & fratribus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus & aliis ecclesiarum prelatis, presentes litteras inspecturis, Thomas, Dei gratia Yerapetrensis & Archadiensis episcopus, salutem in Eo qui est vera salus.

Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire, quod, cum nobilis vir Iohannes de Alleia, dominus Castellorum & Sancti Christofori, rediret de partibus transmarinis, nos benignitatem & devotionem ipsius nobilis evidentius attendentes, quandam *peciam* salu-

tiferi *ligni vivifice Crucis*, a felicis recordationis Gervaſio, Conſtantinopolitano patriarca, nobis olim collatam, predicto nobili duximus conferendam, quam, ſicut ſcimus, bone memorie Emmanuhel, Conſtantinopolitanus imperator, adverſus inimicos crucis in prelio deferebat. Sanctuaria vero, & reliquias *de veſtimentis ſanctiſſime beatiſſime virginis Marie*, & de reliquiis beatorum apoſtolorum, martirum & confeſſorum, quas predictus patriarcha Gervaſius conſecravit, contulimus nobili ſupradicto. Ideoque paternitati, fraternitati & dominationi veſtre attentius in Domino ſupplicamus, quatinus predicta ſanctuaria & reliquias cum devotione & reverentia ſuſcipientes, nos, divine pietatis intuitu, orationum veſtrarum participes effici concedatis.

Datum in inſula Crete, in civitate Candi, die feſto ſanctorum Ypoliti ſociorumque eius, anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo primo.

1242, 1 mai. LXXI Silvanecti.

Adamus de Chambly, epiſcopus Silvanectenſis, eccleſiæ S. Mariæ Silvanectenſi, ſpinam unam de Corona Domini concedit.

[Documentum in *Gallia Chriſt.* (X, p. 1416) recenſitum.]

1244, 24 mai. LXXII Laterani.

Innocentius IV, in honorem SS. Reliquiarum, S. Capellam Pariſienſem ab excommunicatione & interdicto, abſque mandato ſpeciali, liberam declarat.

[Raynaldus ad ann. 1244, nº 39; — Sbaralea, *Bull. Franciſc.*, I, p. 341; — Morand, *S. Chapelle* (ex orig.), pr., pp. 2-3 (Potthaſt, nº 11400).]

Innocentius, epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto

filio regi Francorum illuftri, falutem & apoftolicam benedictionem. Inter alia que tue celfitudini & divina gratia tuis fuffragantibus meritis funt conceffa, illud pre fua celfitudine fingulare ac precipuum, nec immerito reputamus, quod te Dominus in fua *Corona fpinea*, cuius cuftodiam ineffabili difpofitione tue commifit excellentie, coronavit. Cum igitur, ficut ex parte tua fuit propofitum coram nobis, capellam Parifius infra fepta domus regie, opere fuperante materiam, ut ibidem predicta corona fanctiffima ac *alie pretiofe reliquie*, quas de Ligno Crucis & aliis facris habere dignofceris, fub veneranda cuftodia conferventur, tuis fumptibus duxeris conftruendam, ipfamque deputandis ibi miniftris idoneis de bonis propriis dotare proponas; nos volentes ut eadem capella fpeciali gaudeat privilegio libertatis, devotionis tue precibus inclinati, ut nullus in capellam ipfam vel perfonas inibi conftitutas aut conftituendas, excommunicationis, fufpenfionis vel interdicti fententias, abfque fpeciali mandato fedis apoftolice faciente plenam de hac indulgentia mentionem, promulgare valeat, authoritate prefentium indulgemus, quas fi per prefumptionem cuiufquam promulgari forfan contigerit, eadem authoritate decernimus irritas & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noftre conceffionis infringere, vel ei aufu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prefumpferit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoftolorum eius fe noverit incurfurum.

Datum Laterani, nono calendas iunij, anno MCCXLIII, pontificatus noftri anno primo.

1244, mai. LXXIII (?)

Iohannes de Alleya abbati & conventui de Buxeria, pretio D.L. *librarum turon., Crucem Manuelis vendit.*

[Barrau, p. 47, *ex orig.*]

Omnibus hec vifuris vel audituris, Iohannes de Aleya, miles, dominus Caftellorum & Sancti Chriftofori, falutem in Domino.

Noveritis quod viri religiofi, abbas & conventus de Buxeria, fatisfecerunt michi de quingentis quinquaginta libris turonenfibus, quas michi dederunt pro quodam fanctuario quod eifdem contuli, videlicet quandam pe-

ciam *Ligni* vivifice *Crucis* Domini, quam attuli de partibus transmarinis. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui.

Datum anno Domini M° CC° quadragesimo quarto, mense maio.

1244. LXXIV (?)

Idem iisdem, in nundinis S. Christophori lx solidos tur., annuatim percipiendos, ad iij lampades ante Crucem Manuelis alendas, in perpetuum concedit.

[D'Hozier, l. c.; — Barrau, p. 49.]

Notum sit presentibus & futuris quod ego, Iohannes de Alleya, miles, dominus Castellorum & S. Christofori, dedi & concessi, cum assensu & voluntate Hugonis filij mei, & presente charta, sigillo meo munita, confirmavi Deo & Beate Marie & monachis de Buxeria, in presentem & perpetuam elemosinam, liberam omnino & quietam, sexaginta solidos turonenses annuatim percipiendos in nundinis meis S. Christofori, infra pagamentum dictarum nundinarum, per manus illius qui redditus meos in dictis nundinis recipiet. Et hoc feci presertim ad ministrandum in perpetuum die ac nocte luminare trium lampadarum, coram quodam sanctuario quod eisdem contuli, videlicet quadam pecia *Ligni* vivifice *Crucis* Christi quam attuli de partibus transmarinis. Hanc autem oblationem & donationem ego & heredes mei tenemur dictis monachis omnino deliberare, deffendere & garantizare.

Actum anno Domini M° CC° quadragesimo quarto.

1245, 30 ian. LXXV Parisius.

Prima fundatio S. Capellæ Parisiensis.

[Félibien, *Hist. de Paris*, III, p. 119; — Morand, *S. Chapelle*, Pr., pp. 3-7 (ex orig. in *Arch. Gall.*, K, 32, nº 2).]

In nomine sancte, & individue Trinitatis, amen. Ludovicus, Dei gratia Francorum rex.

Notum facimus universis tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod nos pro salute anime nostre, & pro remedio animarum inclyte recordationis regis Ludovici, genitoris nostri, charissime domine & genitricis nostre Blanche regine, & omnium antecessorum nostrorum, & honorem Dei omnipotentis, & sacrosancte *Corone spinee* Domini nostri Iesu Christi, fundavimus & edificavimus infra septa domus nostre Parisiensis, Domino concedente, capellam, in qua eadem sacrosancta corona Domini, *crux sancta*, & *alie quamplures* pretiose *reliquie* reposite continentur, que ut divine laudis obsequio iugiter honorentur, & idem locus in perpetuum debito & devoto divini cultus servitio frequentetur, volumus, statuimus & ordinamus, ut . . . .

. . . .

Actum Parisiis, anno Incarnationis dominice millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, mense ianuarij, regni vero nostri anno vicesimo, astantibus in palatio nostro, quorum nomina supposita sunt & signa. Dapifero nullo. S. Stephani buticularij. S. Iohannis camerarij. Constabulario nullo. Datum vacante cancellaria.

1245, ian. LXXVI Constantin.

Leodegarius, cancellarius Romaniæ, Stephanus, thesaurarius S. Sophiæ, & Galtherus decanus S. Mariæ de Panecrante, domino Galfrido de Meri, imperij comestabulo, partem capitis S. Philippi concedunt.

[Du Cange, *C. P. Christ.*, II, p. 93.[1]]

Nos Legiers, deans de Sainte Sophie & chancelier de

1 Cum transumpto quodam, sæculo XIII exarato (*Archiv. Gall.*, LL, 114, f. 43 rº), collatum.

l'empire de Conſtantinoble, & Eſtienes, treſoriers de cele meiſmes yglise, & Gautiers, deans de l'yglise Noſtre Dame de Penecrante, feſons à ſavoir à touz ceuls qui cez preſentes letres verront :

Que li nobles bers miſiers Geffroi de Meſri, coneſtables de l'empire de Conſtantinoble, nous pria humblement & devotement que nous, por Deu & por aumoſne, li doniſſons aucuns ſainctuaires, por envoier en ſon pais. Et nous, regardanz la devotion de ſon cœur & la bone entention, por ce que nous creons que li ſainctuaire ſeront ennoré là où il les envoiera, li donaſmes *une partie du chief monſeignor ſaint Phelipe l'apoſtre*, liquels eſtoit d'ancien tens en l'yglise Noſtre Dame de Penecrante, avironné d'une bande d'or tot entour, en laquelle ſes noms eſtoit eſcriz de lettres Grecoiſes. Et por ce que nos creons que ce ſoit voir, par le teſmoignage des Latins, qui en l'yglise ont eſté & ſont, & des Grex anciens, nos li donaſmes ces letres ſeellées de noz ſeaux, & prions ceuls auſquels ces devant dites reliques ſeront donées, que il, por Deu & por miſericorde nous recoivent en lor bienfez & en lor oreiſons.

Ces lettres furent fetes en l'an de l'Incarnation Ieſu Criſt MCC & XLV, ou mois de ianvier.

1246, 6 nov. LXXVII Lugduni.

Litteræ indulgentiarum ab Innocentio IV, petente Ludovico IX, omnibus viſitantibus reliquias S. Capellæ Pariſienſis, conceſſæ.

[*Archiv. Gall.*, J, 155, nº 5 & 6.]

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio regi Francie illuſtri, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Licet is de cuius munere venit ut ſibi a fidelibus ſuis digne ac laudabiliter ſerviatur, de habundancia pietatis ſue, que merita ſupplicum

excedit & vota, benè ſervientibus multo maiora retribuat quam valeant promereri, nichilominus tamen deſiderantes reddere Domino populum acceptabilem, fideles Chriſti ad complacendum ei quaſi quibuſdam illectivis muneribus, indulgentiis ſcilicet & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gracie aptiores. Cupientes igitur ut capella tua Pariſienſis in qua *Corona Domini*, & *de Ligno ſanƈte Crucis*, ac *alie maxime reliquie*, ſub veneranda cuſtodia conſervantur, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus & confeſſis qui capellam ipſam, in die qua ipſam dedicari contigerit & poſtmodum in eius anniverſario, venerabiliter viſitaverint, annuatim, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi, annum unum, illis vero qui ad eam per octabas ſue dedicationis acceſſerint, ſingulis diebus, centum dies de iniuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus.

Datum Lugduni viij id. novembris, pontificatus noſtri anno quarto.

1246, 6 nov. LXXVIII Lugduni.

Eiuſdem littera alia.

[Teulet, *Layettes*, nº 3559, II, p. 640; Potthaſt, nº 12347.]

Innocentius papa IV cariſſimo filio ſuo in Chriſto regi Francie illuſtri, cupiens ut eius capella Pariſienſis, in qua *Corona Domini*, & *de Ligno ſanƈte Crucis*, ac *alie maxime reliquie* ſub veneranda cuſtodia conſervantur, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui capellam ipſam, in die qua ipſam dedicari contigerit & poſtmodum in eius anniverſario, viſitaverint annuatim, annum unum, & illis qui ad eam per octabas dedicationis eiuſdem acceſſerint, ſingulis diebus, centum dies de iniuncta eis penitentia relaxat.

Datum Lugduni, viij idus novembris, pontificatus noſtri anno quarto.

1247, iun. LXXIX S. Germani in Laia.

Balduinus II Ludovico IX reliquias omnes S. Capellæ in perpetuum concedit.

[Corrozet, *Antiq. de Paris*, éd. 1561, f. 71, éd. 1588, f. 76; — Bonfons, *Antiq. de Paris*, f. 244; — Du Breul, *Théâtre des Antiq. de Paris*, p. 135; — Couſin, *Hiſt. de Tournay*, III, p. 131; — Malingre,

Antiq. de Paris, p. 81; — Ferrandus, *Disq. reliq.*, p. 43; — Du Bouchet, *Hist. gén. de Courtenay*, Pr., p. 20; — Vernon, *Vie de S. Louis*, p. 177 (verſ. gall.); — Du Bois, *Hist. eccl. Pariſ.*, II, p. 355; — *Lettres de Baudouin*, ſ. l. n. d. (cc. 1690), (gall. & lat.) in-f°; — *AA. SS. Boll.*, Aug. V, p. 373; — Galliot, VI, p. 2; — Morand, *S. Chapelle*, Pr., pp. 7-8 (ex originali); — *La S. Couronne d'Epines* (P. 1828, in-8°), pp. 157-158; — Rohaut de Fleury, *Mém. ſur les Inſtr. de la Paſſion*, p. 358.[1]]

Baldoynus, Dei gratia fideliſſimus in Chriſto imperator, a Deo coronatus, Romanie moderator & ſemper auguſtus, univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris ad quos littere preſentes pervenerint, eternam in Domino ſalutem.

Notum fieri volumus univerſis quod nos cariſſimo amico & conſanguineo noſtro Ludovico, regi Francie illuſtriſſimo, *ſacroſanctam ſpineam Coronam Domini & magnam portionem vivifice Crucis Domini*, una cum aliis pretioſis & ſacris reliquiis, que propriis vocabulis inferius ſunt expreſſe, quas olim in Conſtantinopolitana urbe venerabiliter collatas, & tandem pro urgenti neceſſitate imperij Conſtantinopolitani diverſis creditoribus & diverſis temporibus pignori obligatas, idem dominus rex de noſtra voluntate redemit magne pecunie quantitate, & eas fecit Pariſius beneplacito noſtro transferri, eidem domino regi, ſpontaneo & gratuito dono plene dedimus, abſolute conceſſimus, & ex toto quictavimus & quictamus, quas utique venerandas reliquias propriis nominibus duximus exprimendas videlicet: predictas ſacroſanctam ſpineam Coronam Domini & Crucem ſanctam; item *de Sanguine Domini* noſtri Ieſu Chriſti; *pannos infantie Salvatoris* quibus fuit in cunabulis involutus; *aliam magnam partem de Ligno ſancte Crucis; de Sanguine qui de quadam imagine Domini* ab infideli percuſſa ſtupendo miraculo *diſtillavit; Cathenam* etiam, ſive *vinculum ferreum*, quaſi in mo-

1 Cum quodam tranſumpto, ſæc. XVII exarato, & in *Archiv. Gall.*, K, 166, n° 67, aſſervato, collatum.

dum annulli factum, quo creditur idem Dominus noster fuisse ligatus; *sanctam Toellam* tabule insertam; magnam partem *de lapide Sepulcri* Domini nostri Iesu Christi; *de lacte beate Marie virginis*; item *ferrum sacre Lancee* quo perforatum fuit in cruce latus Domini nostri Iesu Christi; crucem aliam mediocrem, quam *Crucem triumphalem* veteres appellabant, quia ipsam in spem victorie consueverant imperatores ad bella deferre; *Clamidem coccineam* quam circumdederunt milites Domino nostro Iesu Christo in illusionem ipsius; *Spongiam* quam porrexerunt ei sitienti in cruce, aceto plenam; *partem Sudarij* quo involutum fuit corpus eius in sepulchro; *Lintheum* etiam quo precinxit se quando lavit manus discipulorum, & quo eorum pedes extersit; *Virgam Moysi; superiorem partem capitis beati Iohannis Baptiste; & capita sanctorum Blasij, Clementis & Simeonis*. In cuius rei testimonium & perpetuam firmitatem nos signavimus presentes litteras nostro signo imperiali, & bullavimus nostra bulla aurea.

Actum apud Sanctum Germanum in Laya, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mense iunio, imperij vero nostri anno octavo.

1248, apr. (post 14). LXXX Parisius (?)

Archiepiscopi sex & undecim episcopi indulgentias in honorem reliquiarum S. Capelle Parisiensis concedunt.

[*Arch. Gall.*, J, 155, nº 3.]

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Byturicensis, Senonensis, Rothomagensis, Turonensis, Tholetanus archiepiscopi, & Laudunensis, Suessionensis, Ambianensis, Silvanectensis, Lingonensis, Carnotensis, Aurelianensis, Meldensis, Baiocensis, Ebroicensis, Aptensis episcopi, salutem in Domino sempiternam.

Si populus Israel, qui sub legis umbra vivebat, frequenter accedens oraturus ad locum quem elegit Dominus ut ibi poneret nomen suum,

vota & donaria plurima offerebat, multo forcius populus christianus cui benignitas apparuit & humanitas Salvatoris, tenetur ecclesias in quibus Christus ad abolendam nostrorum criminum corruptelam immortaliter ac incorruptibiliter vivens in altari cotidie immolatur, congruis honoribus frequentare, ac ibidem offerre munera cum animi puritate. Deberent enim singuli prudenter attendere quod dum caro spiritum, vel spiritus culpat carnem, immo ut rectius dicamus, impugnat, nemo vivit absque peccato, ac excessus & debita sua, dum hoc seculum manet, immo dum manat, potius redimentes pietatis operibus, & ad ecclesiam in devocionis spiritu accedendo eiusdem, in cuius honore ipsa ecclesia consecrata fuisse dinoscitur, suffragium invocare. Sane cum capella illustrissimi regis Francie, Ludovici, domini nostri, Parisius in eiusdem regis palatio constituta, in honore *sancte Corone* Domini nostri Ihesu Christi & victoriosissime *Crucis* eius, fuerit a reverendo patre Odone, Dei gratia Tusculanensi episcopo, legato sedis apostolice, nobis eidem assistentibus, dedicata, singuli nostrum ob reverenciam reliquiarum huiusmodi que ibidem una cum pluribus aliis honorifice requiescunt, nos quoque Remensis archiepiscopus, licet die qua dedicata fuit predicta capella presentes non fuerimus, die tamen sequenti advenientes, ibidem de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius meritis confidentes, auctoritate eiusdem domini legati ad id accedente pariter & consensu, omnibus qui dictam capellam, in festivitate dedicacionis eiusdem sive infra octabas & in ipsis octabis, cum devotione & reverencia annuatim visitaverint, annum unum de iniunctis sibi penitenciis misericorditer relaxamus, facientes presentes litteras ad perpetuam huius rei memoriam sigillorum nostrorum munimine communiri.

Datum anno dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, mense aprilis.

1248, 27 mai. LXXXI Parisius.

Odo, Tusculanensis episcopus & apostolicæ sedis legatus, easdem indulgentias confirmat & auget.

[*Arch. Gall.*, J, 155, nº 4.]

Odo, miseratione divina Tusbulanensis (*sic*) episcopus, apostolice sedis legatus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Deus omnipotens, cuius unigenitus filius Ihesus Christus semel in ara crucis extitit immolatus, ut, ibi moriens, a perpetue fideles suos erueret mortis morsu, loca suo specialiter dedicata numini, tanto ma-

iori vult devotione ac reverencia honorari, quanto idem qui summus gubernator extitit ac dispositor orbis terre, cuius opera mirifica sunt & stupenda, dignatur loca huiusmodi honorificentia decorari, & eius fideles, de cuius venit munere ut sibi ab eis digne ac laudabiliter serviatur, affectus debent ad id coaptare pro viribus effectivos, presertim cum de ipsius habundancia pietatis se sciant, si bene serviant, proinde multo maiora quam promeruerunt recepturos. Cum itaque idem Dominus noster capellam Ludovici, Dei gratia Francie regis illustris, Parisius in eiusdem regis palatio constitutam, *sancta Corona* & *vexillo* victoriosissime *Crucis* eiusdem unigeniti filij sui Ihesu Christi dotandam duxerit & dicandam, unde noster animus, in quadam magna extasi pre ammiratione suspensus, quodam modo expavescit, quia non potest tanta Dei magnalia dignis attollere laudibus, vel debita honorificencia resonare, licet assurgamus ad quas possumus gratiarum actiones multiplices exsolvendas; nos volentes ut eadem capella, quam in honore sancte Corone ac victoriosissime crucis prefatis consecravimus, in octabis Resurrectionis dominice, assistentibus nobis Bituricensi, Senonensi, Rothomagensi, Turonensi & Tholetano archiepiscopis, Laudunensi, Suessionensi, Silvanectensi, Lingonensi, Carnotensi, Aurelianensi, Meldensi, Baiocensi, Ebroicensi & Apiensi (*sic*) episcopis, & pluribus aliis prelatis, congruis honoribus frequentetur, ob reliquiarum huiusmodi reverenciam, que ibidem cum multis aliis honorifice requiescunt, & specialis favoris gratia prosequatur, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, & qua fungimur auctoritate confisi, omnibus dictam capellam in festivitate dedicationis eiusdem, & usque ad octavum diem, cum devotione ac reverencia visitantibus, annum unum & quadraginta dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus.

Datum Parisius, vj kalendas iunij, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo.

1248, mai. LXXXII Estamparum.

Ludovicus IX ecclesiæ Toletanæ aliquas e thesauro S. Capellæ concedit reliquias.

[*Hispania illustrata*, II, p. 594.]

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, dilectis viris in Christo canonicis & universo clero ecclesie Toletane, salutem & dilectionem.

Ecclesiam vestram volentes xenio preclari muneris insignire, per dilectum nostrum Ioannem, venerabilem archiepiscopum Toletanum, & ad preces ipsius, de venerandis & eximiis sanctuariis nostris, que de

thesauro imperij Constantinopolitani suscepi, pretiosas vobis particulas destinamus, videlicet: *de ligno Crucis Domini*; *unam de spinis sacrosancte spinee Corone* eiusdem Domini; *de lacte gloriose virginis Marie*; *de tunica Domini purpurea* qua indutus fuit; *de linteo* quo precinxit se Dominus, quando lavit & extersit pedes discipulorum suorum; *de sindone* qua corpus ipsius sepultum iacuit in sepulcro; *de pannis infantie* Salvatoris. Vestram itaque dilectionem rogamus & requirimus in Domino, ut predictas sacras reliquias in ecclesia vestra cum debito recipiatis & custodiatis honore, necnon in missis & orationibus vestris benignam nostri memoriam habeatis.

Actum apud Estampas, anno Domini M.CC.XLVIII, mense maio.

1248, 29 aug. LXXXIII Aquarum-Mortuarum

Secunda fundatio S. Capellæ Parisiensis.

[Du Bois, *Hist. eccl. Parif.*, II., p. 356; — Félibien, *Hist. de Paris*, III, p. 122; — *AA. SS. Boll.*, Aug. V, p. 374-377; — Morand, *S. Chapelle*, Pr., pp. 8-13 (ex origin. in Arch. Gall., K, 30, nº 17).]

In nomine sancte & individue Trinitatis, amen. Ludovicus Dei gratia Francorum rex.

Etsi ad omnes ecclesias que non solum in regno, sed in toto terrarum orbe consistunt, sincere devotionis habeamus affectum, speciali tamen prerogativa sinceritatis amplectimur venerabilem illam & sacram capellam, quam pro salute anime nostre & pro remedio animarum inclyte recordationis regis Ludovici, genitoris nostri, & charissime domine & matris nostre Blanche illustris regine, & omnium antecessorum nostrorum, in honorem Dei omnipotentis, & sacrosancte *spinee Corone* Domini nostri Iesu Christi, fundavimus & edificavimus infra septa domus nostre Parisiensis, in qua eadem sacrosancta Corona Domini, *Crux sancta*, & *alie* quamplures pretiose *reliquie* reposite continentur, que ut divine laudis obsequio jugiter honorentur, & idem locus in perpetuum debito & devoto divini cultus servitio frequentetur, volumus, statuimus & ordinamus, ut . . . .

. . . .

Actum apud Aquas Mortuas, anno M.CC.XLVIII, mense augusto, regni vero nostri vigesimo secundo, astantibus in palatio nostro, quorum nomina supposita sunt & signa. Dapifero nullo. S. Stephani buticularij; S. Ioannis camerarij; S. Huberti constabularij. Datum vacante cancellaria.

1249, 17 mart. LXXXIV Lugduni.

Innocentius IV ecclesiæ S. Albani Namurcensis, in honorem reliquiarum Constantinopolitanarum, certas concedit indulgentias.

[Galliot, *Hist. de Namur*, V, 359-360.[1]]

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis suis, preposito decano & capitulo ecclesie Sancti Albani Namurcensis, Leodiensis diecesis, salutem & apostolicam benedictionem.

Licet is de cuius munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne & laudabiliter serviatur, de abundantia pietatis sue que merita supplicum excedit & vota, bene servientibus multo maiora retribuat, quam valeant promereri, nihilominus tamen desiderantes reddere Domino populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam illectivis muneribus, indulgentiis scilicet & remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiore; cupientes igitur ut ecclesia vestra qua *Sanguis* & *Capilli* Domini nostri Iesu Christi, *spinea Corona* ipsius, ac *Lignum* salutifere crucis, necnon & quamplures alie reliquie dicuntur esse recondite, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus ac confessis, qui ad ecclesiam ipsam, in festo Inventionis ipsius Crucis, causa devotionis accesserint, xl dies de iniunctis sibi penitentiis, annis singulis, misericorditer relaxamus.

Datum Lugduni, xvj kal. apr., pontifici nostri anno sexto.

1251. LXXXV (?)

Ludovicus IX Rogerio de Pruvino, canonico S. Quintini & medico suo, plures largitur reliquias, e thesauro S. Capellæ desumptas.

[Docum. deperditum: cf. Colliette, *Mémoires de Vermandois*, II, p. 639.]

1 Hæc bulla, false a Galliot Innocentio III & anno 1206 assignata, cum apographo canonici de Warick (Bibl. reg. Bruss., 19668, f. 48) contulimus.

1256, mart. LXXXVI Parisius.

Ludovicus IX ecclesiæ Valentinæ spinam unam de Corona Domini concedit.

[*Notice sur la S. Couronne d'épines*, p. 187.]

Ludovicus, Dei gratia Francie rex, dilectis sibi episcopo totique capitulo Valentine ecclesie, salutem & dilectionem.

Ecclesiam vestram sacro volentes xenio decorare, vobis *unam de spinis* sacrosancte *Corone* Domini nostri Iesu Christi, per latores presentium, in signum dilectionis transmittimus specialis; rogantes vos & requirentes attente, quatenus huiusmodi tam pretiosum sanctuarium, tam insigne, debito recipientes honore, illud memoriale perpetuum Salvatoris ea qua decet reverentia conservare curetis, specialem ac perpetuam nostri, in vestris orationibus & divinis obsequiis, memoriam habituri.

Actum Parisius, anno Domini M° CC° quinquagesimo sexto, mense martio.

1259, 1 oct. LXXXVII Parisius.

Idem spinam aliam F. F. Minoribus Sagiensibus largitur.

[Martène, *Ampl. Coll.*, I, col. 1348; — *AA. SS. Boll.*, Aug. V, p. 463.]

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, dilectis in Christo gardiano & fratribus minoribus Sagiensibus, salutem & dilectionem.

Ecclesiam vestram in honore sacrosancte Corone Domini nostri Iesu Christi fundatam, venerando volentes e xenio decorare, *unam de spinis* sanctissime *Corone* vobis in signum dilectionis transmittimus, specialiter caritatem vestram rogantes & requirentes attente, quatenus huiusmodi tam pretiosum sanctuarium, tam insigne, debito recipientes honore, illud etiam qua decet reverentia conservare curetis, specialem & perpetuam nostri in vestris orationibus & divinis obsequiis memoriam habituri.

Actum Parisius, anno Domini M.CC.LIX, in festo S. Remigij.

1259, 11 dec. LXXXVIII Parisius.

Idem aliam spinam cum Ligno Domini Bartholomao Vicentino episcopo concedit.

[Barbarano, *Hist. eccl. di Vicenza*, p. 113; — *AA. SS. Boll.*, Iul. I, p. 252; — Cornelius, *Eccl. Venet. Monum.*, VI, p. 157.]

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, dilecto sibi in Christo Bartolomeo, eadem gratia episcopo Vicentino, salutem & sincere dilectionis affectum.

Ad instantem petitionem vestram, *de* pretioso *Ligno* dominice *Crucis*, & sacrosancte *Corone* ipsius *spinam unam* vobis, in signum dilectionis conferimus, dilectionem vestram rogantes attente, quatenus eam debito conservetis & conservare faciatis honore, & pro nobis orare velitis & orationes faciatis fieri speciales. In cuius rei perpetuum testimonium presentes litteras nostro sigillo precipimus communiri.

Datum Parisiis, anno Domini M.CC.LIX, die Iovis post festum S. Nicolai hiemalis.

1260, 3 mai. LXXXIX Trecarum.

Nicolaus de Bria, Trecensis episcopus, processionem induit in honorem S. Helena Athyrensis.

[*Cart. S. Stephani Trecensis* (Bibl. nat. Paris., lat. 17098), f. 94.]

Universis presentes litteras inspecturis, N. commiseratione divina Trecensis ecclesie minister humilis, salutem in Domino.

Notum facimus quod cum nos gloriosam virginem, sanctam Helenam, modis quibus possumus per nos & nostros subditos venerari volentes, requisierimus dilectos filios N., decanum, & capitulum Sancti Stephani Trecensis, ut ipsi instanti festo eiusdem sancte virginis, in Trecensi ecclesia processionaliter sint nobiscum, non intelligimus quod ipsi in festo predicto ad eamdem ecclesiam pro honore ipsius sancte Virginis cum processione venturi, alias in festo predicto processione ad ecclesiam ipsam venire ex debito teneantur. Nec volumus quod eo ex (*sic*) quod ad requisitionem nostram in eodem festo processionem sic facient, aliquod in posterum eis aut eorum ecclesie preiudicium generetur. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro fecimus roborari.

Datum in vigilia dicti festi, anno Domini M° CC° sexagesimo.

1260. XC Vicentiæ (?)

Bartholomæi, ep. Vicentini, de hac donatione testimonium.

[Barbarano, p. 112.]

Vivis & certis conſtat indiciis quod ſacrorum Ieſu Chriſti Grecia theſauraria prima fuit. Namque ea, que perfidia Iudee a ſe abiecit, huius fides & devotio ad ſe traxit, & que illa meruit perdere, iſta meruit obtinere: ibi namque ſpinea Corona, ibi Clamys coccinea, ibi portio ſanćte Crucis, quam Helena regina Conſtantino filio ſuo imp. miſit, de qua formatam crucem argenteam, ſacris ornatam reliquiis, decenter compoſuit, & ſub cruce in fine fabrice principalis, de Corona Domini duas ſpinas ſuis in locis ſub cryſtallo ſpećtabiliter diſpoſuit. Sed & Grecia, tante gratie ingrata & effećta ſciſmatica, deſſolationem incurrit, eique in gratia ſucceſſit Francia. Nam Balduinus, imperator Latinus Coronam & Crucem dominicam piiſſimo Ludovico, regi Francie, donavit, non pretio, ſed gratia proſequente. Poſt hec rex chriſtianiſſimus, cum regina, & fere tota domo regia, chriſtiane religionis amore, mare tranſivit tempore quo nobis (licet indignis) Nimonicenſis (*ſic*) civitatis, que in regno Cypri eſt, pontificatum apoſtolica ſedes contulit. Navigantes ergo in Syriam regem atque reginam viſitavimus, & in Ioppe, atque in Sydone, & ultimo in Acone beniguiſſime ab eis accepti fuimus, & tanto amore dilećti, ut in Franciam profećturi nos inſtanter rogarent, quod eos Pariſiis viſitare curaremus, ſpem nobis tribuentes, quod ibidem ſacra Dei nobis communicarent. Cum ergo de regno Anglie, quo pro fidei negotiis profećti eramus, cum ipſo rege Anglie pariter & regina, Pariſios veniſſemus, ſpes noſtra deſideratum ſuſcepit effećtum. Nam piiſſimus rex Francorum de ſpinea Domini Corona *ſpinam unam* excludi fecit, & nobis, regio flexo poplite, noſtris ex oppoſito flexis genibus, devotus & de ſuis ſacris regiis manibus manus pontificales ditavit. Quid ultra? Dilećtionis oſculo dato pariter & accepto, mutua recommendatione fаćta, hinc & inde nos abire permiſit. Cum ergo anno MCCLX, perfido Eccelino mortuo, ad civitatem Vincentie appropinquaremus, clerus & populus univerſus nobis obviam venit, clamantes & dicentes: « Be- « nedićtus qui venit in nomine Domini. » Eratque in civitate locus, qui Collum dicebatur, ubi ſedes fuerat Sathane, & homines attendentes ſpiritibus errorum & dоćtrinis demoniorum, in quo loco, univerſitate civitatis favente, ad honorem Domini Corone fundavimus eccleſiam ordinis fratrum predicatorum, cuius alumni fuimus, ibique ſacra ad collum noſtrum pendentia, que detuleramus, devote depoſuimus &

alacriter contulimus. Sic igitur Vincentia, civitas quondam perfidie, civitas effecta est fidei & gratie, facro ditata munere. Plaudat igitur tota Italia! exultet amplius Tarvisina marchia! sed tu, magis plaude, Vincentia, tanti doni ditata gratia! Ille vero, qui gratis tibi sua dona contulit, Iesus Christus, sic te gratam faciat, ut de gratia te perducat ad gloriam, in qua vivit & regnat cum Patre & Sancto Spiritu. Amen.

1261, febr. XCI Parisius.

Ludovicus IX ecclesia S. Mauritij Agaunensis unam spinam de Corona Domini concedit.

[Aubert, *Le trésor de S. Maurice d'Agaune*, p. 228, ex orig.]

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, dilectis sibi in Christo priori & conventui sancti Mauricij Agaunensis, salutem & dilectionem sinceram.

De preciosis beatorum martirum Agaunensium corporibus que nobis, per venerabilem abbatem & concanonicos vestros ac nuncium nostrum, vestra liberalitas venerabiliter destinavit, caritatem vestram dignis prosequimur actionibus gratiarum. Mittimus autem vobis, per ipsum abbatem, sacrosancte Corone Dominice *spinam unam*, quam propter Redemptoris reverenciam petimus a vobis devotissime honorari, & ut nos & nostros vestris habeatis oracionibus specialiter commendatos.

Datum Parisiis, anno Domini M° CC° sexagesimo primo, mense februarij.

1261, 17 sept. XCII Parisius.

Idem aliam donat conventui Montis S. Eligij.

[Rayssius, p. 207; — de Cardevacques, *Hist. du Mont S. Eloy*, Arras 1869, in-4, p. 46.]

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, dilectis sibi in Christo priori & conventui Montis Sancti Eligij, ordinis beati Augustini, salutem & dilectionem.

Ecclesiam vestram venerabilem nobis venerando volentes exenio decorare, dilecto nobis in Christo abbati monasterij vestri pretiosum

munus, *unius* videlicet *ex spinis* sacrosancte Corone Domini nostri Iesu Christi, nomine ecclesie ipsius, contulimus & assignavimus per eumdem, ad ipsam ecclesiam deferendam, & ex parte nostra specialiter presentandam, dilectionem vestram rogantes attente, quatenus, ad reverentiam Salvatoris ipsius, eamdem recipere velitis honorifice ac reverenter in posterum conservare, & pro nobis & nostris, continuatis intercessionum suffragiis, altissimum exorare devoti.

Actum Parisiis, anno Domini M.CC.LXI, die lune ante festum beati Matthei apostoli & evangeliste.

1261, oct. XCIII Athenarum.

Balduinus II Othoni de Cicons, domino Carysti, brachium b. Iohannis Baptistæ, isti pro quinque mill. hyperperorum impignoratum, in perpetuum derelinquit.

[D'Achery, *Spicilegium*, 1 éd., XIII, p. 343-344; — *AA. SS. Boll.*, Iun. IV, p. 768; — D'Achery, 2 éd., III, p. 642.[1]]

Nos, Balduins, per la grace de Dieu, tres feiaux empereres, de Dieu coronez, gouverneres de Romanie & toz leus accressans, faisons ascavoir a touz cels qui ces presentes lettres verront, que, com nostre amez, nobles homs Ottes, sires de Cycons & de la Cariste, nos eust presté, a nostre requeste, por le grant necessité de nos & de nostre empire, v mille perpres sus nos gages, lesquex Niquefores, nostre messages, li delivra de par nos, il nos en a fait assez de grace & de bonté de l'atendre, & de garder les, oultre lou terme que il nos dona, de quoi nos li savons bon gré. Nos, por ce que ne sumes pas aisié de rachater cels devantdiz noz gages dou devantdit monsegnour Otte, ne de faire a lui satisfaction de la dette presentement, & por ce que nos ne volons que il en ait plus des hors en avant grevance de garder & tenir ces devantdiz gages & disette de son paiement,

1 Textus corruptus.

quitons au devantdit monſegnour Otte & a ſes hoirs, perpetuement por nos & nos hoirs, les devantdiz gages, a faire ſa volenté comme de ſa propre choſe, ſenz rapeler, ne de nos, ne de nos hoirs, en nul tens. Et en teſmoignage de ceſte choſe, nos avons doné au devantdiz monſegnour Otte ces preſentes lettres, ſcellés de notre ſcel & ſeigniés de nos imperiaux enſeignes.

Ces lettres furent donée a Athenes, en l'an de la Incarnation Noſtre Segnour MCC & LXI, ou mois d'octobre, ou xxij·an de noſtre empire.

1262. XCIV Pariſius.

Ludovicus IX fratribus predicatoribus Barcinonæ unam ſpinam de Corona Domini concedit.

[Touron, *Hommes illuſtres de l'Ordre de S. Dominique*, I, p. 484.]

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, dilectis ſuis in Chriſto priori & conventui fratrum predicatorum Barcinone, ſalutem & dilectionem. Ex ſincero charitatis affectu, quem ad vos & ad ordinem veſtrum gerimus, domum & eccleſiam veſtram Barcinone pretioſo volentes exenio decorare, vobis *unam de ſpinis ſacroſanctæ Corone Domini*, per dilectum noſtrum fratrem Franciſcum de Cineris, de ordine veſtro, latorem preſentium, duximus tranſmittendam, cum preſentium teſtimonio litterarum, charitatem veſtram rogantes in Domino, ut eandem, ob ipſius Salvatoris reverentiam, debito ſtudeatis conſervare honore, & in veſtris orationibus aſſiduam noſtri memoriam habeatis.

Actum Pariſius, anno Domini M.CC.LXII.

1263, 20 mart. XCV Nigripontis.

Otho de Cicons, dominus Caryſti, Ciſtercio brachium S. Iohannis Baptiſtæ donat.

[D'Achery, *Spicilegium*, XIII, 1 ed., pp. 344-345; — *AA. SS. Boll.*, Iun. IV, p. 769; — D'Achery, 2 ed., III, p. 642.]

Venerabilibus in Chriſto patribus, domino abbati

Ciſtercij totique conventui eiuſdem loci, ac univerſis abbatibus ipſius ordinis, ad ſuum capitulum celebrandum inibi congregatis, Otto de Cyconiis, Kariſti dominator, cum ſui reccommendatione reverentiam & devotionem debitam & devotam.

Pretioſo theſauro queritur locus tutus & pretioſus, fons laudabilis eſt anime ſitienti, arbori debili, ſtabile fulcimentum & robuſtum brachium, ut gravi caſui obvietur. Hinc, licet non meis meritis, illuminante luce que omnem hominem in hunc mundum illuminat venientem, me noſcens arborem debilem, ut ceteri mortales in morte caſurum; & ideo ad auſtrum non ad aquilonem pendere deſiderans, ut poſt caſum corporis aliquando tranſplanter in horto celi veſtri, veſtra cunctorumque fratrum veſtrorum, quos ſuper angulos mundi plantavit dextra Prepotentis, ut ſuis humeris portent orbem, ac ſancte vite fulgoribus illuminent omnem terram, humiliter & devote poſtulo, totis viribus, toto conatu cordis, diligentique affectione, ſuffragia, tam in vita quam in morte, mihi, uxori mee, ac filius, animabus quoque parentum ac propinquorum meorum omnium defunctorum, omnibuſque propinquis meis preſentibus & futuris, & amicis meis, concedi miſericorditer & communicari, ut totius ordinis veſtri beneficiorum participatione, uſque in finem, in plantario formate fidei fulciar, & ipſorum ſuffragiorum brachio, a cunctorum inimicorum impugnatione defenſus, finaliter inveniar efficaciter ſuſtentatus. Ad cuius devotionis argumentum, pie poſtulationis effectum & memoriale perpetuum, offero monaſterio veſtro Ciſtercij, loco tuto & pretioſo, pretioſum theſaurum, *brachium b. Iohannis Baptiſte*, in theca aurea & capſella argentea, [que] ſunt yperperis trecentis appretiate. Hoc ſiquidem brachium habui prius in pignore ab imperatore Conſtantinopolitano; poſt-

modum idem imperator ipſum libere & proprie ac totaliter mihi conceſſit, ut inde facerem tanquam de re propria velle meum, ſicut in eiuſdem imperatoris litteris patentibus, cum bulla pendente, quas vobis tranſmitto cum preſentibus, continetur. Quod, inquam, brachium baptizavit appendentem tribus digitis molem terre, baptizantem in Spiritu ſancto & igni, Dominum ſcilicet Ieſum Chriſtum, in ſtupentis unda Iordanis, ſplendorem glorie radiumque ſolis eterni, qui me dignetur una vobiſcum, in ſplendore celi & conſortio ſpirituum beatorum, beatificare ſua perpetua viſione.

Datum, apud Nigropontem, anno Domini M.CC.LXIII, xij kal. aprilis.

1263, 21 mart. XCVI Nigripontis.

Idem Guidoni abbati Ciſtercienſi abbates de Bella Valle & de Dalphineto, prædictæ reliquiæ latores, commendat.

[D'Achery, 1 ed., XIII, pp. 342-343; — *AA. SS. Boll.*, p. 768; — D'Achery, 2 ed., III, p. 641.]

Venerabilibus in Chriſto patribus, abbati Ciſtercij, ac univerſis abbatibus, prioribus, ceteriſque Ciſtercienſis ordinis fratribus, in eorumdem capitulo congregatis, Otto de Cycconiis, dominator Kariſti, in imperio Romanie, ſalutem & tam ſancte congregationis apud Deum interceſſionis gratiam promereri.

Si nobis, in huius ſeculi fluxu labentibus, amicos de iniquitatis mammona facere conſulit Magiſter infallibilis equitatis quos in eternarum diſtributione domorum inveniamus amicabiles receptores, quales profectus eſtimet, quis futuros, de ſanctitatis theſauris acquiſitos? Cum itaque (ſicut ex atteſtatione ſereniſſimi domini noſtri Balduini, imperatoris Conſtantinopolitani, ex cuius munifi-

centia liberali ad manus noſtras pervenit portio muneris pretioſi, pro certo conſtat) penes nos haberemus *brachium* illius venerandiſſimum, cuius preclare vocis tonitruum nobis intonuit, & dextre manus digitus Redemptorem mundi ſeculo demonſtravit, & talis tantique theſauri cuſtodes nos reputaverimus, non tam minus idoneos, quam indignos, ſacratiſſimique ordinis veſtri matrem precipuam, domum ſcilicet Ciſtercienſem, quam affectione ſpeciali diligimus, fideliſſimam theſaurariam tante rei, merito inibi converſantium, nullatenus ambigamus, magnum hoc & glorioſum munus ipſius cuſtodie duximus committendum, brachium ipſum, aurea theca tectum, & in argentea capſa reconditum, trecentorum yperperorum pretio eſtimatis, per venerabiles viros de Bella-Valle & de Dalphineto, ordinis veſtri abbates, latores preſentium, tranſmittentes, ac ſpeciali devotione poſcentes, ut tam preclare poſſeſſio margarite, honore debito conſervata, virtutis ſue gratiam obtineat, & gloriam dignis exculta laudibus aſſequatur. Denique nos, & conſortem noſtram dominam felicem, ac liberos noſtros, congregationi veſtre ſanctiſſime, que Salvatorem mundi eo meruit habere propitium, quo, in eius nomine congregata, ſudores & labores ſuos ipſius ſancto ſervitio noſcitur conſecraſſe, recommendamus humiliter & devote, per Dei miſericordiam obſecrantes, quatenus contra lapſus noſtros, & diſcrimina, innumeraque pericula, quibus inceſſanter urgemur, opponatis ſanctarum orationum veſtrarum fortiſſima munimenta, quibus & hic a noxiis protecti, remiſſionem percipere delictorum, & in futuro, cum ſanctis omnibus, ad eterne vite gaudia pertingere mereamur, illum in decore ſuo regio conſpecturi, quem ad redemptionis noſtre myſterium venientem in carne mortali, primus ipſe preco mortalibus predicavit.

Datum in Romania, in civitate Nigroponte, anno Domini M.CC.LXIII, undecimo kal. aprilis.

1263. XCVII Cistercij.

Deffinitio facta, de abbate de Dalphineto, in capitulo generali ordinis Cisterciensis.

[D'Achery, *Spicilegium*, 1 ed., XIII, p. 346; — *AA. SS. Boll.*, Iun. IV, p. 769; — D'Achery, 2 ed., III, p. 642.]

. . . .

. . . . Abbati de Dalphino, quia, in deportando de Grecia gloriosissimas reliquias, videlicet *brachium S. Ioannis Baptiste*, non modicum laboravit, volens generale capitulum facere gratiam specialem, concedit eidem, quod, quamdiu in dicta domo abbatizaverit, eo tantum convenire termino teneatur, quo abbates Syrie venire solent ad capitulum generale.

1265, 30 ian. XCVIII Venetiæ.

Commissio data per Raynerium Zeno, ducem Venetiæ, reipublicæ legatis, Romæ residentibus, de incendio thesauri S. Marci, unde reliquiæ Constantinopolitanæ remanserant illæsæ.

[Muratori, XII, col. 508-509; — Cornelius, X, pp. 233-234.]

Rainerius Geno, Dei gratia dux Venetie Dalmatieque, Croatie, ac dominus dimidie quarte partis totius imperij Romanie &c., nobilibus & sapientibus viris Marco Gradonico, Francisco Iustiniano, Petro Dandulo & Nicolao Quirino, de suo mandato ambasciatoribus ad do-

minum papam fidelibus suis dilectis, salutem & dilectionis affectum.

Ecce vestre prudentie duximus presentibus declarandum: quod cum noviter, in festo beate Ascensionis Domini, sacre reliquie, scilicet *Lignum Crucis sancte*, ampulla *de vero Sanguine Christi*, & *vertex beati Iohannis Baptiste*, more solito ostense populo fuissent, dicto, per fratres predicatores, quos ad hoc clamari fecimus, qualiter dicte sancte reliquie per operam S. Helene in Constantinopolim fuerant deportate, & qualiter dominus noster Iesus Christus ipsas in civitate Venetiarum, cum corpore beati Marci evangeliste voluit collocari, necnon ingenti miraculo, quod ostendere voluit per ipsas reliquias, cum ab igne evaserunt intacte per ordinem recitato, dictum fuit postmodum per fratres & alios, quod vere miraculum erat, qualiter dux & homines Venetiarum clausis oculis sic transiebant, quod hoc tam grande & tam gloriosum miraculum, quod ad tantam roborationem fidei noscebatur, summo pontifici & ecclesie romane minime revelabant, ad hoc ut, veritate cognita & per mundi partes solemniter divulgata, in multarum animarum edificationem indulgentia concederetur. Quibus verbis auditis, & a nobis ac a nostris consiliariis intellectis, omnibus placuit quod in hoc facto deberet procedi: unde convocatis per venerabilem patrem Thomam, episcopum Castellanum, episcopis patriarchatus, fratribus minoribus & predicatoribus, & aliis clericis idoneis ad hoc, processerunt ad inquisitionem de tanto miraculo solemniter faciendam; in quorum presentia per quamplures videlicet tam nobiles Venetiarum quam alios operarios ecclesie, & clericos, & alios est testificatum aperte, quod, tempore dom. Iacobi Theupolo ducis, & nn. vv. Iacobi Barbo & Petri Dandulo, procuratorum S. Marci, die sequenti post Epiphaniam, circa xxx annos elapsos, in volta quadam

ecclesie ubi ipse sancte reliquie, & alia multa ornamenta, & divitie aderant, que de lignis magnis de subtus, & de supra, & circumquaque per totum erat cohoperta, ignis accensus exivit, qui circa primum somnum in hora noctis visus fuit, & elevato rumore accurrerunt homines, & cum claves volte essent penes procuratores, nec possent haberi, ignis mirabiliter accensus fuit, ita quod apertis postea duabus ianuis volte, tertia ianua combusta, viderunt ignem ad modum fornacis accensum, ita quod nemo intrare potuit; potius nitentes de super cum aqua arenis, & storeis balneatis extinguere, nichil facere potuerunt. Unde clausis ianuis steterunt, usque in mane, donec, que intus aderant, lignamina, ferrum, aurum, argentum, & lapides pretiosi, ac alia consumpta fuerunt; ita quod mane facto apertis ianuis volte, licet propter aquam quam proiecerant & rerum consumptionem fortitudo ignis remansisset, omnia conversa invenerunt in cineres, & carbones, & querendo per ipsos carbones invenerunt crucem sanctissimam de Ligno Domini, cum parvo ornamento illesam penitus ab igne, & procedentes ampullam christallinam, ubi erat de vero Sanguine Domini, cum cartulina ligata in collo, ubi scriptum erat: *Sanguis Christi*, inter carbones incorruptam, & illesam penitus invenerunt, quamquam plures alias ampullas, & alia plura christallina ibi invenissent in cinerem fore conversa. Qui nihilominus procedentes inter ipsos carbones invenerunt capsam ligneam, in qua erat de vertice beati Ioannis Baptiste, que capsa combusta erat quasi per totum, excepto in tantum quantum vertex ille tangebat, cum zendado greco, cum quo cooperta erat desuper, integro existente. Que tam pretiosa & sacratissima populo, cum gaudio & processione multa, per fratres fuerunt ostensa, super quibus omnibus ordinatum est fratres predicatores ad curiam destinare, cum testificationibus

supraſcriptis. Unde ſi acciderit vos tunc eſſe in curia, ſuper ipſo facto fratribus favorem veſtrum, auxilium, ſicut utilius fieri poterit, preſtate. Sed quoniam audivimus per litteras veſtras vos in via ſeparationis adeſſe, prudentie veſtre per nos & noſtrum conſilium precipiendo mandamus, rogantes attente quatenus in ſeparatione veſtra predicto domino pape & cardinalibus exponatis, ſicut veſtre diſcretioni utilius apparebit, ſupplicantes eidem, quod in adventu fratrum ſue ſanctitatis, & benignitatis favorem, & gratiam ſic dignetur concedere in predictis, quod nos & totas Venetias, ad omnia placita ſibi habeat perpetuo promptiores, dicentes in hoc & circa hoc, quecumque veſtre directioni rei facto utilia videbitur. Preterea cum pro factis Venetiarum nobis & conſilio noſtro placeat, quod Ruſtichinus in curia ad preſens debeat remanere, rogamus vos, ut in receſſu veſtro eidem ſoldos decem groſſorum dari facere debeatis.

Datum in noſtro ducali palatio, die xxx menſis ianuarij, anno M.CC.LXV, indictione octava.

1265, 13 iun. XCIX Venetiæ.

Raynerius Zeno, dux Venetiæ, fr. Ro.., miniſtro generali Minorum in Lombardia, negotium reliquiarum ex incendio ſalvatarum, commendat.

[Muratori, XII, pp. 509-510; — Cornelius, X, p. 234.]

1265 (13 iun.?) C-CI Venetiæ.

Idem eamdem rem Angelo Maltraverſo, patriarchæ Gradenſi, & Nicolao, epiſcopo Civitatis Novæ, commendat.

[Muratori, XII, col. 510; — Cornelius, X, p. 235.]

1265, 5-8 iul. CII-CIII Venetiæ.

Idem de eadem re Marino Marcello, procuratori Veneto in curia romana, & Rustichino notario, scribit.

[Muratori, *ibid.*; — Cornelius, X, p. 235.]

1265, 8 iul. CIV Venetiæ.

Idem, legatos Venetos in curia romana de eadem re acturos, commendat.

[Muratori, *ibid.*; — Cornelius, X, p. 235.]

1265, 12 iul. CV Venetiæ.

Idem, prædictum negotium, re infecta, se derelinquere declarat.

[Muratori, XII, col. 511; — Cornelius, X, p. 235.]

1265, 24 oct. CVI-CVII Perusiæ.

Clemens IV, Ludovico IX, Francorum regi, supplicanti ut indulgentiæ, omnibus visitantibus reliquias S. Capellæ Parisiensis concessæ, renoventur & confirmentur, se annuere declarat.

[*Archiv. Gall.*, J., 155, nº 7-7bis (*v. supra* LXXVII, LXXVIII, LXXX, LXXXI).]

1266, iun. CVIII Venetiæ.

Raynerij Zeno, ducis Venetiarum, testimonium de reliquiis a Ludovico IX, rege Francorum, Bartholomæo, ep. Vicentino, concessis.

[Barbarano, *Historia di Vicenza*, p. 115 (*v. supra* LXXXVIII).]

1266 (?) CIX (?)

N., patriarcha Constantinopolitanus, epistolam Ludovici IX Bartholomæo, ep. Vicentino, reliquias concedentis, confirmat.

[Barbarano, p. 113.]

1267, iul. CX Senonum.

Ludovicus IX abbati & conventui Viziliacensibus reliquias, e thesauro Constantinopolitano desumptas, largitur.

[*AA. SS. Boll.*, Iul. V, p. 210; — Aug. V, p. 490.]

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, dilectis sibi in Christo abbati & conventui Viziliacensi, salutem & sinceram in Domino caritatem.

Mittimus vobis per dilectum & fidelem clericum nostrum magistrum G., archidiaconum in ecclesia Parisiensi, latorem presentium, pretiosum brachium beatissime Marie Magdalene, & genam ipsius una cum tribus dentibus, que in octavis Pasche ultimo preteritis, cum nos solenni eiusdem beate Marie translationi interfuimus, nobis apud Viziliacum tradidistis, que quidem, ob specialem devotionem, quam nos & cuncti fideles habere debemus ad ipsam, in vasculis aureis, variis lapidibus pretiosis ornatis, brachium videlicet in vasculo facto ad modum brachij, una cum manu, genam vero in alio vasculo, quod ab angelo argenteo deaurato inter manus tenetur, fecimus honorifice collocari, vobis & vestre ecclesie ex parte nostra per dictum archidiaconum presentanda, in presentia venerabilis patris Symonis,

tituli S. Cecilie preſbyteri cardinalis, apoſtolice ſedis legati, cauſa viſitationis veſtram eccleſiam adeuntis. Verum, cum vos de ſanctiſſimo corpore predicte beatiſſime Marie Magdalene, cum ipſius tranſlationi, ut predictum eſt, interfuimus, portionem bonam nobis liberaliter dediſſetis, ex quo vobis grates referimus copioſas, nos, liberalitatem veſtram huiuſmodi attendentes, veſtramque eccleſiam venerando decorare volentes exennio, de ſacratiſſimis reliquiis noſtris, quas iamdudum recepimus de imperij Conſtantinopolitani theſauro, vobis tranſmittimus, *de pretioſo* videlicet *Ligno Dominico*, *duas de ſpinis ſacratiſſime Corone Domini*, *de Pannis infantie Salvatoris*, *de ipſius Sudario*, *de Veſte purpurea in qua fuit illuſus*, & *de Linteo* quo fuit precinctus, quando pedes diſcipulorum ſuorum exterſit in Cena, quas quidem reliquias fecimus in manu brachij ſupradicti reponi. Congruum enim viſum eſt nobis quod huiuſmodi reliquie Redemptoris ponerentur cum reliquiis illius ſanctiſſime mulieris, que tam ardenter dilexit eundem, & ab eo tam largam ſuorum recipere meruit veniam delictorum, a qua etiam ipſe tam familiariter ſe tangi permiſit. Rogamus igitur dilectionem veſtram, quatenus huiuſmodi tam ſanctas tamque venerandas reliquias cum debito ſuſcipientes honore, ipſas cum ea veneratione, qua decet, conſervare curetis, caventes ne predicta vaſcula ac lapides pretioſi, ad ornatum eorum appoſiti, alienentur impoſterum ſeu etiam diſtrahantur. Ceterum rogamus vos, ut in veſtris orationibus ac beneficiis, noſtri noſtrorumque ſpecialem perpetuo memoriam habere velitis. In cuius rei teſtimonium preſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum.

Actum Senonis, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo, menſe iulio.

1267, 11 aug. CXI Clameciaci.

Simon [*de Brione*], *card.*, *apoſtolicæ ſedis legatus*, *ſub pœna excommunicationis prohibet ne reliquiæ*, *a Ludovico abbati & conventui Viziliacenſi donatæ*, *unquam vendantur.*

[*AA. SS. Boll.*, Iul. V, p. 210.]

Symon, miſeratione divina tituli S. Cecilie preſbyter cardinalis, apoſtolice ſedis legatus, ad eternam rei memoriam.

Sanctuarium pretioſum, quod his diebus chriſtianiſſimus princeps Ludovicus, rex Francorum illuſtris, monaſterio Viziliacenſi, ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinenti, ordinis S. Benedicti,

Eduensis diecesis, per discretum virum G., archidiaconum in ecclesia Parisiensi, transmisit, & quod idem archidiaconus, in vestra & cleri ac populi presentia, religiosis viris abbati & conventui eiusdem monasterij, ex parte ipsius regis presentavit & dedit, videlicet, os (*sic*) brachij b. Marie Magdalene, collocatum in vasculo aureo, ad modum brachij facto, ornato decem & octo rubinis, quorum plures sunt optimi & reliqui sunt balas, & viginti & novem smaragdis, tredecim saphiris orientalibus, & triginta duabus margaritis grossis, *partem* etiam *Ligni vere Crucis*, & *pannorum infantie Salvatoris*, ac *purpure* in qua fuit illusus, necnon *baltei*, quo precinctus exstitit cum lavit pedes discipulorum, & *duas spinas de vera Corona*, qua in sua passione exstitit coronatus, in manu ipsius brachij situatas, genam quoque ipsius sancte, cum tribus dentibus, repositam in quodam vasculo argenteo deaurato, quod angelus argenteus deauratus, ornatus quatuor rubinis balas, & totidem saphiris, & octo smaragdis, tenet in manibus, intactum permanere volentes, & ad devotionem perpetuam eidem monasterio integraliter conservari, auctoritate qua fungimur, districtius inhibemus, ne quis tantum sanctuarium seu vasa predicta, vel eorum partem, aut aliquos vel aliquem de predictis lapidibus vendere, minuere, vel mutare, donare, impignorare, distrahere, vel quomodocumque alienare presumat, in omnes qui contra nostram inhibitionem scienter venire presumpserint, excommunicationis sententiam proferentes, ordinantes etiam ac statuentes, & in virtute obedientie predictis abbati & conventui districte precipiendo mandantes, ut semel annuatim, in capitulo generali personarum monasterij supradicti, mandatum, inhibitionem & excommunicationem huiusmodi publice legi & diligenter exponi faciant, ac solemniter publicari.

Datum apud Clameciacum, v idus augusti, pontificatus domini Clementis pape quarti anno tertio.

1267, 11 aug. CXII Clameciaci.

Idem in honorem earumdem reliquiarum quasdam concedit indulgentias.

[*AA. SS. Boll.*, Iul. V, p. 211.]

1267, 8 sept. CXIII Silvanecti.

Ludovicus IX conventui FF. prædicatorum Leodiensium, spinam unam de Corona Domini concedit.

[Barth. Fisen, *Sancta Legia* (Leod., 1696, in-f°), p. 17.]

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, dilectis sibi in Christo priori & conventui fratrum predicatorum Leodiensium, salutem & dilectionem.

Ex sincero charitatis affectu, quem erga vos gerimus & ordinem vestrum, exigentibus eius meritis tam preclaris, domum & ecclesiam vestram Leodiensem, pretioso volentes munusculo decorare, vobis, per latorem presentium, *unam de spinis sacrosancte Corone* Iesu Christi transmittimus, cum presentium testimonio litterarum, charitatem vestram rogantes in Domino, quatenus eandem spinam recipiatis honorifice, sicut decet, ob ipsius Salvatoris reverentiam, & ipsam debito honore conservare studeatis, & in vestris orationibus nostri memoriam habeatis, facientes pro nobis, & regina, & liberis, a devotis personis que in vestris partibus abundare dicuntur, Regem regum & Dominum exorari.

Actum Silvanecti, in festo nativitatis B. Marie virginis, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo.

1268, 19 apr. CXIV Viterbij.

Clemens IV Isabellam, germanam Ludovici IX, ne quoddam caput b. Pauli apostoli, a Græcis emptum, pro vero teneat, monet.

[*AA. SS. Boll.*, Iun. VII, p. 401; — Martène, *Thes. Anecd.*, II, col. 588; — Raynaldi, *Annal.*, 1268, n° 50; — Bouche, *Défense de la Provence*, p. 221; — Sbaralea, p. 156; — Potthast, n° 20322.]

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilecte filie, nobili mulieri, Isabelle, carissimi in Christo filij, illustris regis Francorum, germane, &c.

Scias, filia, apostolorum capita Roma indubitanter haberi, que felicis recordationis Gregorius papa IX, predecessor noster, de sanctis sanctorum suis manibus extrahens, romano populo patenter exhibuit, & in locum suum restituit cum debita reverentia, presentibus & scientibus universis. Quod si forsitan caput beati Pauli apostoli apud te esse putes, depone conscientiam, ne

fallaris, neve ponas scandalum matri tue romane ecclesie, que deceptionem huiusmodi non posset equanimiter tolerare. Si vero Greci aliquo tempore sed illud habere dixerunt, ne mireris: nam odio Latinos habentes, facile tibi formaverunt mendacium, qui de fide mentiri catholica, quod est maius, minime dubitarunt. Bene igitur facies, si, quod habes, dilecto filio nostro Simoni, titulo S. Cecilie cardinali, apostolice sedis legato, nomine nostro reddideris, nobis per eundem mittendum; ne, si ad alias manus devenerit, possit inde, cum erroris periculo, scandalum suscitari.

Datum Viterbij, xiv kal. maij, anno iv.

1268. CXV Argentorati.

Henricus de Geroldseck, episc. Argentoratensis, Hermanno, abbati de Schütteren, quasdam reliquias, a Martino Parisiensi abbate, e Constantinopoli redeunte, ecclesiæ Argentoratensi donatas, derelinquit.

[Docum. deperditum; cf. Buchinger, *Epitome fastorum Lucellensium*, nº 173.]

1269, mart. CXVI Parisius.

Ludovicus IX unam spinam de Corona Domini conventui B. Mariæ de Burgo-Medio Blesensi concedit.

[Martène, *Thesaur. Anecdot.*, I, col. 1126.]

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, dilectis sibi in Christo abbati & conventui beate Marie de Burgo-Medio Blesensi, salutem & dilectionem.

Inclinati partibus fratrum & sororum Domus Dei Vernonensis & fratris Galcheri de Robez, concanonici vestri, qui in dicta Domo Dei

diu conversatus fuit laudabiliter, sicut audivimus, monasterium vestrum pretioso volentes munere decorare, vobis *unam de spinis sacrosancte Corone Domini* nostri Iesu Christi transmittimus, cum presentium testimonio litterarum, dilectionem vestram rogantes in Domino, ut eamdem, ob ipsius Salvatoris reverentiam, debito conservare studeatis honore, & in vestris orationibus assiduam nostri memoriam habeatis.

Actum Parisius, anno Domini M.CC.LXIX, mense martio.

1269, iul. CXVII (?)

Angeli Maltraversi, patriarchæ Gradensis, Iohannis Paduani, Alexandri Tarvisiani, Adalgerij Feltrensis, F. Torcellani, C. Equilini episcoporum, testimonium de reliquiis, a Ludovico IX, Bartholomæo, episc. Vicentino, concessis.

[Barbarano, *Historia di Vicenza*, p. 113; *v. supra* LXXXVIII.]

1269, 30 decemb. CXVIII Parisius.

Ludovicus IX Guidoni de Turre, episcopo Claromontensi, spinam unam de Corona Domini concedit.

[*Gallia christiana*, II, col. 279-280; — Touron, *Hommes ill. de l'Ordre de S. Dominique*, I, p. 477.]

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, dilecto & fideli suo Guidoni, episcopo Claromontensi, salutem & dilectionem.

Preclaris exeniis vos & ecclesiam vestram decorare volentes, in cruce aurea, ornata lapidibus, has pretiosas reliquias, videlicet: *de Cruce Domini portionem unam, de Corona Domini spinam unam, de Sudario, de Veste purpurea, de Pannis infantie Domini Salvatoris, de Linteo* quo precinctus fuit in Cena, & cum istis, *de ossibus beate Marie Magdalene*, vobis transmittimus, cum presentium testimonio litterarum, vos rogantes attente ut eas reverenter & honorifice conservare curetis, & pro nobis Altissimum exorare, & orationes & suffragia in piis locis procurare devota.

Actum Parisius, die lune post Nativitatem Domini, anno eiusdem M.CC.LXIX.

1270, 29 apr. CXIX (?)

Litteræ indulgentiarum, omnibus visitantibus S. Spinam, a Ludovico IX conventui de Burgomedio donatam, a Petro de Minci, episc. Carnotensi, concessæ.

[Martène, *Thesaur. Anecdot.*, I, col. 1131 (*v. supra* CXV).]

1276, 7 ian. CXX Blesi.

Litteræ consimiles a Gilone Cornuto, archiepiscopo Senonensi, concessæ.

[Martène, *Thes. Anecd.*, I, col. 1152.]

1290, 5 sept. CXXI Urbis Veteris.

Nicolaus IV indulgentias, omnibus visitantibus reliquias Constantinopolitanas, in ecclesia S. Albani Namurcensis asservatas, concedit.

[Miræus, *Op. dipl.*, IV, p. 44, ubi anno 1277 male donatur; — Potthast, nº 23380 (*v. supra* LXXXIV).]

1298, 28 iun. CXXII Romæ.

Bonifacius VIII, omnibus visitantibus S. Capellam Parisiensem, indulgentias concedit.

[Du Chesne, *Hist. Franc. SS.*, V, p. 492; — Joinville, éd. Ménard, II, p. 183; — Potthast, nº 24708 (*v. supra* LXXVII, LXXVIII).]

1340. CXXIII (?)

Blancæ, filiæ Philippi IV regis Francorum, teſtimonium de particula Ligni Domini, e theſauro S. Capellæ deſumpta, & monachis S. Laurentij Leodienſis miſſa.

[Martène, *Ampliſſ. Coll.*, I, col. 1452 ; — Cros, *Vie intime de S. Louis*, p. 112.]

De par ſuer Blanche de Franche.

Chiers peres en Dieu, ſavoir vous fai ke le *fuſt de la ſainte vraie Crois*, ke je vous envoyay par maiſtre Gautier noſtre confeſſour, eſt dou fuſt ke noſtres tres chiers ſignour & peres monſignour le roy Phelippe, que Dieu aſouille, nous donnat, & le priſt en la ſainte vraie Crois, ki eſt à Paris en la Chapelle noſtres ſignour les rois de France. Et cil en a point de vraie ou monde, nous tenons ke celle de la dite chapelle le ſoit ; car c'eſt choze mout eſproveie, ſi comme chacun ſcet. Chiers peres, Noſtre Sire ſoit garde de vous.

1343, 21 iun. CXXIV S. Agili-ſ.-Lig.

Philippi VI, Francorum regis, litteræ qua Cameram computorum mentionem onychis magni S. Capellæ, ad Clementem VI miſſi, de inventario theſauri reliquiarum Conſtantinopolitanarum ad tempus tollere iubet.

[*Inv. de la S. Chapelle*, ed. Douet d'Arcq (*Revue archéol.*, V, p. 186 n.) ; ex orig. in *Arch. Gall.*, J, 155, nº 5.]

Philippe, par la grace de Dieu rois de France, a noz amez & feaulz genz de noz comptes a Paris, ſalut & dileƈtion.

Comme nous aions envoié a noſtre ſaint pere le pape, par noſtre ame & feal chapellain maiſtre Simon de Braelle, aumoſnier de noſtre très-chiere compaigne la royne, & tréſorier de noſtre chapelle royal a Paris, aucune des ſainƈtes reliques de noſtre chapelle deſſus diƈte, & eſpecialment un joel appellé *le Camahieu*, nous vous mandons que ledit camahieu vous otez de l'inventoire deſdiƈtes ſainƈtes reliques baillées audit treſorier, & auſſi le faiƈtes oſter du regiſtre deſdiƈtes ſainƈtes reliques, par quoy aucune choſe ne puiſt deſoremaiz eſtre demandée au dit treſorier, a ſes hoirs ou a ſes ſucceſſeurs ou dit office

de tresorier, & nient moins comptez au dit tresorier despens convenables pour ce que il ses gens & chevaulz ont despendu, tant pour aler devers nostre dit saint pere, comme pour demourer la & pour retourner par devers nous.

Donné à Saint-Ay-sur-Loire, le xxj[e] jour de juing, l'an de grace mil ccc quarante & trois, soubz le seel de nostre secret. Sic sign[atum]: Par le roy, Verberie.

1347. CXXV (?)

Clemens VI omnibus visitantibus sanctam Lachrymam, in ecclesia Selincurtensi asservatam, indulgentias concedit.

[Bulla deperdita, sed a P. Iacobo Le Merchier (*Hist. de la Larme sainte de Sélincourt*, Amiens, 1707, in-12), p. 31, recensita.]

1359, 12 iul. CXXVI Andegavi.

Ludovicus I, comes Andegavensis, Crucem Iohannis de Alleya, in castello eiusdem urbis ab abbate & monachis de Buxeria depositam, recipit.

[Barrau, *Notice sur la vraie Croix de Baugé*, pp. 62, 63.[1]]

Loys, fils de roy de France, conte d'Anjou & du Maine, seigneur de Montpellier & lieutenant de monseigneur ès-dictes contez entour & es parties voisines, à tous ceulx qui ces présentes lettres verront, salut.

Comme les religieux, abbé & couvent du moustier de la Boissière, pour doubte des ennemis, aient apourté en nostre ville d'Angers leur sanctuaire de la *vraie Croix*, & icelle eussient mis en garde & depoz sur les frères prêcheurs, nous, meu de grande dévotion au dict sanctuaire, & pour icelui mettre plus honorablement, agréegement & sauveté, avons le dict sanctuaire, comme il est envaissellé, fait mettre en la chapelle de notre chastel d'Angers, de la voulonté & assentiment des abbé & couvent de dessus dicts; savoir faisons que pour ce au dict sanctuaire nous ne clamons, ne voulons clamer au-

1 A D. Rohaut de Fleury (*Mém. sur les Instruments de la Passion*, p. 303), anno 1379, 28 mart., male donatum.

cun droit, pour le temps préſent ne advenir. Ancors nous plaît qu'ilz le repreignent & mettent là où il voudront & verront que faire ſera, pour le prouffit & ſauvement d'icelli, toutefois que il leur plaira, & que les oblations faites en notre dicte chapelle ils puiſſent appliquer à eulx, ſans que nous ou aucun de nos gens, en notre abſence, leur mettrons en ce empêchement ou contredit que ilz n'en puiſſe jouir & uſer comme de celi qui eſt leur propre, & ce nous promettons tenir & avoir ferme & eſtabli, & leur bailler, & leur faire rendre toutesfois qu'ils le requerront par la teneur de ces lettres. En témoing de ce, nous avons fait mettre notre ſcel en ces préſentes.

Donné en notre chaſtel d'Angers, le douzième jour de juillet, l'an de grace mil trois cent cinquante & neuf. Ainſi ſignées par monſeigneur le comte, préſents meſſire Pierre Domont & autres. J. Crete.

1364, 15 oct. CXXVII Pariſius.

Carolus V, rex Francorum, conventui de Buxeria quingentas libras auri in eleemoſynam aſſignat, pro quodam fragmento Ligni Domini, e Cruce Iohannis de Alleya deſumpto.

[Barrau, pp. 58, 59.]

Charles, par la grace de Dieu, roy de France, à noz amez & feaulx, les gens de nos comptes, à Paris, ſalut & dilection.

Nous voulons & vous mandons que la ſomme de ſept cents francs d'or, leſquels nous ont fait bailler noz amez & feaulx les généraux, à Paris, ſur le fait des aides ordonnez pour la délivrance de notre très-cher ſeigneur & père, que Dieu abſoille, par les mains de Iehan, huiſſier général, receveur des dites aides, deſquels avons baillez v centz pour convertir par nous en certaines meſſes avoir perpetuellement en l'abbaye de la Boyſſiere, pour une certaine enſeigne que nous avons priſe pour une partie de la ſainte *vraie Croix*, eſtant en ycelle abbaye, & les autres deuz centz francs avons donnez à notre amé & feal chevalier & chambellan Pierre Domont, vous alloëz ès comptes du dit Iehan, huyſſier, & les rabattiez de la recepte, ſans aucun contredit ne lettres en demander que la preſente ſeulement.

Donné à Paris, le xv d'octobre, l'an de grâce mil trois cent ſoixante quatre. Par le roy: François.

1365, ian. CXXVIII Parisius.

Idem, fratri suo Iohanni, duci Bituricensi, fragmentum Ligni Domini, e S. Capella Parisiensi desumptum, donat.

[*Arch. Gall.*, J, 185, nº 6.]

Karolus, Dei gratia Francorum rex.

Quoniam preciosissimum Lignum Crucis, in cuius ara voluit Agnus sine macula, verus Dei filius, ex sue affluencia pietatis, nullis incluse limitibus, nullis terminis comprehense, pro humani redempcione generis immolari, clandestine poni sub modio non convenit, sed super candelabrum, & deduci reverenter in publicam nocionem, ut, quanto evidencius pateat dominice passionis objectus conspectui plurimorum, tanto copiosius ad compunctionem animari valeant, & induci ad intrinsece devocionis ardorem, ut per hoc horum saluti prestancius consulatur; verum quia humane fragilitatis condicio, in continuo motu suum esse recipiens, labilitate temporis consuevit oblivionis occasui subiacere, ea solum que scripture ministerio commendantur deduci posse memoriter longum videntur in evum: eapropter ad perpetuam rei memoriam, tenore presencium, notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos, carissimi fratris nostri germani, Iohannis, ducis Biturie, devocionis ardore pensato, qua ipse, sicut asserit, singulariter afficitur ad huiusmodi gloriosissimum Lignum Crucis, pie peticioni favorabiliter annuentes, certam *porcionem* eiusdem *Crucis* salutifere, sanguine Dominico rubricate, quam in precioso reliquiario sacre Capelle palacij nostri regij Parisius, de verissimo Ligno Crucis nostre, & predecessorum ac successorum nostrorum, regum Francie, custodie ex divina largicione commisso, recepimus, & nostris manibus propriis abcidimus, eidem germano nostro dedimus, concessimus & realiter tradidimus, damusque & concedimus, tenore presencium litterarum, concedentes eidem ut ipse porcionem huiusmodi penes se conservare, aut sacro loco vel aliis piis usibus ad exaltacionem orthodoxe fidei erogare, dare, & concedere in vita vel morte valeat, pro sue beneplacito voluntatis, quam siquidem porcionem ipse germanus noster gracias agens, fusisque Deo laudibus, vicibus multipliciter repetitis, suscepit humiliter & devote. Quod ut indubitanter credatur, & eidem germano nostro adhibeatur super hoc ab omnibus Christi fidelibus plena fides, presentes litteras nostras certificatorias sibi concessimus, nostri magni sigilli munimine roboratas.

Datum Parisius, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo, & regni nostri octavo, mense ianuarij.

1378, sept. CXXIX Venetiæ.

Georgius Todesco sodalitio S. Blasij in Venetia, de Corona Domini spinam unam largitur, quæ quondam fuerat thesauri regis Francorum.

[Cornelius, VIII, pp. 5-7.]

Anno MCCCLXXVIII, delo mexe de setembre, siando plovan della gliexia dello glorioso martore & egregio confessore misier sen Blaxio, lo discreto signor misier pre Francesco Spalatin, e gastoldo dela scuola delo dito Santo, el discreto homo sier Marco Benado orexe dela contrada de Sen Salvador de Veniexia, so scrivan ser Marco Trivixan dela contrada de Sen Piero de Castello, e tuti li altri suo conpagni, degani & officiali; de voler don e gracia dela divina providencia fo prexentado e dado alo dito misier lo plovar, e alo gastoldo & officiali dela dita scuola per nome dela dita scuola, & ala dita scuola, per ser Zorzi Todesco de Sen Zane Grisostemo, inspirado da Spirito Santo, *una de le spine* che fo dela Corona delo glorioxo Signor nostro misier Giesu Christo, la qual spina sie adornada delo ben dela nostra scuola como a tuti apar manifesto. E stagando la dita spina sempre in guarda & salvamento deli officiali de la dita scuola con ogno so adornamento, e per honor de quella volemo che sempre la domenega che vien infra la octava dela Ascension, debia esser di ordenato, come li oltri di ordenadi de lo anno, fazando sempre in quello di per tuti fradeli e seror dela scuola honor ala dita Corona, de officio solenemente e de messa como se faxe li oltri di ordenati. E per plu amplificamento de devocion, e loldo e reverentia de questa santissima spina, facemove a saver a tuta bona zente e fedel crixtiani lo muodo como la dita spina e pervegnuda in queste nostre parte, el qual sie questo: che abiando lo re de Franza quatro de queste sacratissime spine, con grandissima devocion le tegniva, e un so nevodo, granconte & baron delle contrade de Franza, volse per soa devocion andar alo Sancto Sepulcro per cercar quelli santuarij de Ierusalem; alo qual conte e baron lo re de Franza, so barba, recomanda e de secretamente queste quatro spine, pregandolo devotamente che con quelle elo dovesse tochar tuti queli santuarij de Ierusalem, e che ala soa tornada elo voleva meter in lo thesoro de Franza. E lo dito conte tornando da lo sepulcro elo mori su un navilio armado, su lo qual navilio era lo dito Zorzi Todesco, el qual Zorzi compra un zupon delo dito conte, e soto lo scajo delo dito zupon, ello trova molto ben cuxido e affermado le dite spine, revolte orevolmente in un pano de seda, intorno ale qual spine si

era una cetola scrita cossi digando. « Charo nievo siate racomandade « le mie spine per amor de Christo e mio. »

1380, 23 apr. CXXX Frankfordij.

Pileus de Prata, card., omnibus visitantibus reliquias Constantinopolitanas, in ecclesia Parisiensi asservatas, indulgentias concedit.

[Guntheri *Hist. Constantinop.*, ed. Riant, pp. 89-90, ex orig. in Arch. Colmariensi asservato.]

Pileus, miseratione divina, tituli S. Praxedis presbyter cardinalis, ad infrascripta apostolica auctoritate suffulti, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Splendor eterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementissima ipsius maiestate sperantium, tunc precipue pio favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus & meritis adunatur, ac Christi fideles eo libentius ad devotionem confluunt, quo ibidem uberius dono celestis gratie conspexerint se refectos. Cum igitur dilecti nobis in Christi . . . abbas & conventus monasterij de Paris, ordinis Cistercienfis, Basiliensis diocesis, ad ipsorum monasterij ecclesiam & multorum sanctorum reliquias venerabiles, quas habent in auro & argento ac lapidibus pretiosis contextas, distinctas per singulas species, numero sexaginta & ultra, videlicet: auream monstrantiam cum pretiosissimo *Sanguine nostri Redemptoris*; tabulam auream, admirandi operis cum magna portione *Ligni* vivifice *Crucis*; satis magnam partem *capitis Ioannis Baptiste*; de *lacte beate Virginis*; *brachia* apostolorum *Iacobi maioris* & *Iacobi minoris*, & *Bartholomei*, & aliorum multorum, specialem gerant devotionem, prout accepimus, nobisque humiliter supplicaverint, ut, pro devotione ipsorum ecclesie & reliquiarum augmentenda, omnibus ipsas visitantibus specialia munera largiri dignaremur, nos dictis supplicationibus favorabiliter annuentes, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius meritis & auctoritate predicta confisi, omnibus vere penitentibus & confessis qui in festivitatibus principalibus & solempnitatibus beate Virginis, omnium apostolorum, sanctorum Stephani, Laurentij, Martini, Benedicti & Bernhardi, ac Marie Magdalene, necnon in die dedicationis ipsius ecclesie, dictas ecclesiam & reliquias aut locum dictarum reliquiarum, in quo eas esse contigeret, cum, propter metum & guerras partium, dictos religiosos ad alia loca extra monasterium dictas reliquias sepius

transferre contingat, devote visitaverint, unum annum de iniunctis eis penitentiis, prelibata auctoritate misericorditer relaxamus.

Datum Frankfordij, Moguntinensis diocesis, viiij kal. maij, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, Urbani, divina providentia pape VI, anno tertio.

1388, 22 ian. CXXXI Andegavi.

Maria, ducissa Andegavensis & regina Hierusalem, agnoscit & confirmat actum comitis Ludovici supra insertum (CXXVI).

[Barrau, pp. 61-64.]

1399, 28 mart. CXXXII Andegavi.

Ludovicus II, dux Andegavensis & rex Hierusalem, Crucem Iohannis de Alleya, in castello Andegavensi, denuo accepisse testatur.

[Barrau, pp. 66-67.]

1407, 18 iun. CXXXIII Andegavi

Idem, se confraternitatis, in honorem Crucis Iohannis de Alleya in Buxeria fundatæ, magistrum declarat.

[Barrau, pp. 69-71.]

1434, 13 sept. CXXXIV Florentiæ.

Eugenius IV, omnibus ecclesiam S. Salvatoris Venetiæ, in die S. Theodori Heracleensis, huc a partibus Constantinopolitanis allati, visitantibus, indulgentias concedit.

[Cornelius, II, pp. 292-293.]

1439, 12 mart. CXXXV Bononiæ.

Idem, omnibus reliquias Constantinopolitanas, in ecclesia Longipratensi asservatas, visitantibus, indulgentias concedit.

[Docum. deperdit., cuius versio gallica quædam recentissima, in *Arch. eccles. Longipratensis* asservata, tantum superest.]

Eugène, évêque, serviteur des serviteurs de Dieu, à tous les fidèles de Jésus-Christ qui verront ces lettres, salut & bénédiction apostolique.

Comme nous avons esté dubment informé que l'église collégiale de Nostre Dame de Longpré du diocèse [*d'Amiens*], *qui est connue pour insigne & fameuse entre toutes les églises collégiales au royaume de France, vers laquelle une grande multitude de ce pays, mûs de dévotion, a coutume de se rendre, & où plusieurs* reliques des saints *sont religieusement conservées, par le malheur des guerres & autres sinistres évenements qui ont longtems affligé ce pays, la ditte église souffre un si grand dommage en ses bâtiments, autrefois si magnifiques, qu'on a juste suiet de craindre que, si on n'y pourvoit, elle tombera tout à fait en ruine, pour quoy obvier, & considéré le peu de revenu de la ditte église qui ne peut suffire pour les dittes réparations, il n'y a point d'autre meilleur remède que celui d'avoir recours aux charitez des fidèles; nous, désirant que la ditte soit fréquentée avec tout l'honneur qu'elle mérite, & qu'elle soit dubment réparée & conservée, & afin que les fidèles de Jésus-Christ, suivant la pieuse coutume fréquentant la ditte église, aient toujours pour elle toute la vénération possible, & ne lui dénient pas les secours dont elle a besoin pour sa confirmation, afin que par ce moïen ils puisent en eux le don de la grâce du Ciel, nous confiant en la miséricorde de Dieu tout-puissant, & l'autorité des bienheureux apôtres S. Pierre & S. Paul, avons accordé à tous les fidèles vraiment pénitens & confessez qui, au jour qu'on a coutume de solemniser en la ditte eglise, la feste des saintes reliques & pendant l'octave, la visiteront tous les ans avec dévotion & feront des aumônes pour la réparation & entretien d'icelle, cinq ans & autant de quarantaines d'indulgence, & à ceux qui pendant quelque jour de l'octave de la feste visiteront la ditte eglise & feront quelque aumône pour le même sujet, nous leur accordons seulement cent jours d'indulgence; les présentes à valoir pour toujours & à perpétuité.*

Donné à Boulongne, l'an de l'Incarnation de nostre Seigneur l'an mil quatre cent trente sept, & le douzième mars, l'an six de notre pontificat.

1442, 25 apr. CXXXVI Cabiloni.

Iohannes Germain, episcopus Cabilonensis, tres litteras, ad

donationem Othonis de Cicons (v. ſupra XCIII, XCV, XCVI) *ſpectantes, confirmat.*

[Docum. deperd., ſed in D'Achery *Spicilegio*, 1 ed., XIII, p. 346, recenſitum.]

1456, 24 apr. CXXXVII Romæ.

Calixtus III omnibus Crucem Iohannis de Alleya viſitantibus, indulgentias concedit.

[Barrau, pp. 81-83.]

1468, 24 aug. CXXXVIII Venetiæ.

Inſtrumentum inventionis reliquiariorum ij Conſtantinopolitanorum.

[Giov. Thiepolo, *Trattato delle SS. Reliquie di S. Marco* (Ven., 1617, in-4), pp. 51-52 (e Marini Sanuti iun. *Diariis* ined., V, f. 101); — Cornelius, X, pp. 155-156.]

Anno Domini MCCCCLXVIII, adi xxiv agoſto. Per i ſignori procuratori della ghieſia de San Marco, miſſier Nicolo Marcello, miſſier Nicolo Tron, e miſſier Andrea Contarini, fu trovado, nel ſantuario de quella ghieſa, do anconette de grandezza de un cubito, l'una adornada de arzento indorado, con figure & ſancti, lavorade ad nido, le qual ſon ſtà trovade in una caſſa antiquiſſima, & quella ſerrada con tre chiave, le qual non ſe trovava eſſer in rerum natura, & è ſtada ſerrada zà anni treſento, & da là in ſuſo, ſicome è ſtà trovada alla procuratia. In una delle dette ancone è un *Chiodo* de quelli, con li quali Gieſù Chriſto noſtro Signor fù confitto ſù la Croſe, in quella onorificamente meſſo, & con arzento dorado adornado, & in quella affirmado. In l'altra ancona veramente è del *Legno della Croſe*, in forma de croſe fatta, per un palmo de longhezza, e per traverſo per circa do terzi de palmo, e la groſezza per circa un dedo. Le qual ancone antiquitus ſono condotte da Conſtantinopoli, e ſopra l'una e l'altra è molte lettere greche letteral, le qual parla come de ſotto ſe dirà. Et appreſſo la detta caſſa è ſtà trovado *tre ſaſſi* cogolegni tienſi, che ſiano de quelli di quali fù lapidà *S. Stefano*. Item fù trovà molti oſſi de corpi ſancti, che non ſe intende de chi. Item è ſtà tro-

vado privilegij con le bolle plombee, uno de papa Gregorio nono, e l'altro de papa Gregorio decimo:

LETTERE GRECHE:

« Ut qualia facit fides Constantini patritij tetrarche miranda ar-
« genteum igitur hunc Golgotha ostendit Golgothei hoc est Crucis
« locus. »

1476, 18 ian. CXXXIX Turonum.

Nicolaus Sandonnino, Mutinensis episcopus, apostolicæ sedis legatus, ecclesiæ de Buxeria alias indulgentias concedit.

[Barrau, pp. 86-88.]

1490, 10 mai. CXL Lauduni.

Hubertus, ordinis Præmonstratensis generalis abbas, & capitulum generale Præmonstratense, reliquias Constantinopolitanas, in conventu Selincurtensi asservatas, ad pietatem fidelium, ut ecclesiæ perficiendæ subveniant, promovendam, circumferri annuunt.

[Le Merchier, p. 36 (*fragm.*).]

1490, 5 oct. CXLI Selincurti.

Guillelmus Matifas, abbas Selincurtensis, circumlationem reliquiarum prædictarum jubet & ordinat.

[Le Merchier, pp. 32-35 (*fragm.*).]

Universis & singulis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Guillermus, permissione divina, abbas monasterij Sancti Petri iuxta Selincurtem, ordinis Premonstratensis, diocesis Ambianensis, totusque eiusdem loci conventus, salutem &c. . . . .
. . . .

Ut Christi fideles manus suas ad operis ipsius consummationem & reparationem porrigant adiutrices, & ipsis litteris questuriis mediantibus, ad eundum ecclesias & loca ecclesiastica, ubicumque locorum constitutas & constituta, ibique in presentia cleri & populi alta & intelligibili voce denuntiandum, publicandum & significandum demolituras, ruinas, paupertates & indigentias monasterij & ecclesie nostrorum predictorum opera, & edificia necessario fienda, que absque Christi fidelium eleemosinis, ut prefertur, fieri & compleri minime poterunt, atque miracula super infirmis & peregrinis, ipsam ecclesiam, pro veneratione eiusdem ac reliquiarum, sanctuariorum, & pretiosorum jocalium dicte nostre ecclesie, videlicet: *lacryme Domini nostri Iesu Christi, brachij sancti Petri,* apostolorum principis, *partis pedis sancti Andree* apostoli, *corrigie beate Margarete,* & aliorum sanctuariorum que secum deferuntur, cum indulgentiis a felicis recordationis domino Clementi papa sexto, & aliis ecclesiorum prelatis . . . .

Datum & actum in capitulo nostro, anno Domini MCCCCXC, mensis octobris, die quinta.

1490, 21 oct. CXLII Ambiani.

Iohannes de Cambrin, vicarius generalis diocæsis Ambianensis, circumlationi prædictæ annuit.

[Le Merchier, pp. 37-38.]

1493, 1 iun. CXLIII Parisius.

Officiales S. Capellæ Parisiensis se, legatis Frederici III, imperatoris, & Maximiliani, regis Romanorum, Ludovico XI jubente, thesaurum eiusdem Capellæ aperuisse & reliquias Constantinopolitanas ostendisse testantur.

[Bibl. Nat. Par., 17108, f. 105 r°.]

Nous Iehan Fournier, chanoine de la S. Chapelle du palais royal à Paris, & vicayre de monseigneur le tréforier de la ditte S. Chapelle, & Pierre Briffault, chapelain perpétuel & commis à la chevesserie d'icelle, certifions que aujourd'ui, premier iour de iuing l'an mil CCCC.IIII^{xx} & treze, ont esté par nous ouvertes les chasses ou re-

positoire des sainctes reliques de la Passion de nostre Seigneur, estans en la Saincte Chapelle du palays de Paris, en la présence de monsgr. Du Plessiz Bourre, conseiller du roy nostre sire, trésorier de France & président des comptes audict Paris, qui nous en a baillé les clefs, lesquelles, le soir devant, lui avoient esté aportées de par le roy nostre dit seigneur, par monseigneur du Bouschaige, pour icelles reliques monstrer aux ambaxadeurs de l'empereur & du roy des Romains, par le commandement d'icely seigneur, ainsi comme mon dit seigneur du Bouschaige avoit certiffié au dit seigneur Du Plessiz, comme il nous a dit, & comme monseigneur d'Orval & maistre Pierre de Sacierges, evesque de Luczon, qui conduisoient les dicts ambaxadeurs ont pareillement certiffié en noz présentes, lesquelles chasses ou repositoyre (après que icelles reliques ont été monstrées ausdits ambaxadeurs) mes dits seigneurs d'Orval, l'evesque de Luczon & Du Plessiz Bourre touiours présents, ont esté refermées & bien closes, par mon dit seigneur Du Plessiz, de huit clefs (sans que aucune chose ait esté remuée de sa place), c'est assavoir : le treilliz de fer qui est le prouchain des dites reliques de quatre clefs, & les dites chasses, les fenestres desquelles sont de boys, d'autres quatre clefs ; & le savons, par ce que après la closture par nostre dit seigneur Du Plessiz ainsi faicte, il nous a fait toucher manuellement les serrures, & tirer les moraillons d'icelles, pour veoir & savoir si elles estoient bien fermées, ce que nous avons trouvé que oy.

En tesmoign. desquelles choses nous avons signée ceste présente certiffication de noz mains, les iours & an comme dessus. J. Fournier, P. Briffault.

1498, 25 nov. CXLIV Carolipontis.

Circumlationi reliquiarum Selincurtensium consentit Guillelmus Marafin, Noviomensis episcopus.

[Le Merchier, pp. 39-40 (*fragm.*).]

IV

DOCUMENTA DIVERSA

A

INSCRIPTIONES

I

INSCRIPTIONES IN RELIQUIARIIS INSCULPTAE.[1]

1. COLONIA (S. Pantaleo).

In reliquiario capitis ſ. Pantaleonis.*

[Würdtwein, *Nova ſubſ. diplom.*, IV, p. 14.]

TRANSTULIT *Henricus, Ulmen de ſedibus ortus,*
De victis Grecis hoc pignus Panthaleonis;
Abbas me Cuno fieri fecit Panthaleoni,
Anno milleſimo quinquaginto decem uno.

2-3. CORBEIA.

In cruce cryſtallina Roberti de Clariaco.*

[Du Cange, *Chef de S. Jean*, p. 157.]

Ce ſachent tos cils, qui ces lettres liront, & croient fermement que ces ſaintes reliques qui ci ſont en ceſt vaiſſel enſelies, furent apportées de Conſtantinople, & qu'ils furent

1 Res deperditæ * notatæ ſunt.

priſes en la Sainte Chappelle a Buche de Lyon el palais l'empereur, & que Robillard de Clari les apporta en cel tems que li quens Baudeuvins de Flandre en fuſt empereur : des Caveaus Ieſus-Chriſt, *de ſa* Couronne, *& del* Fuſt de la ſainte Croix, *& del* Suaire noſtre Seigneur, *& del* Porçaint *qu'il euſt entor ſes rains en la Croix, & de ſa* Cote, *& de l'*Eſponge *dont il fuſt abbreuerez, & del* Sepulchre, *& des* Caveaus noſtre Dame, *& de ſa* Chemiſe, *& de ſa* Cainture, *& del* Voile *dont elle couvrit ſon chef, & de* ſ. Andrieu *l'apoſtre, & de* ſ. Barthelemy *apoſtre, & des* caveaus ſ. Jean Baptiſte, *& de ſon* chef, *de* ſ. Felippe *l'apoſtre, & des* veſtemens ſ. Iean *l'evangeliſte, de* ſ. Marc, *& de* ſ. George *&* ſ. Griſogone, *des* Innocens *& de leurs* veſtemens.

In cruce proceſſionali eiuſdem.*

[*Triſor de Corbie*, ed. Duſevel, pp. 21, 46.]

Bene ſit Robillardo qui me attulit Conſtantinopoli.

4. LACUS (LAACH).

In ſcypho Veræ Crucis.*

[Browerius, II, p. 103; — Gelenius, *De magnit. Coloniæ*, p. 367; — Aus'm Weerth, p. 5.]

Vir meritis clarus, Henricus, in Ulmene natus,
Contulit hoc Lignum *nobis, veneramine dignum,*
Quod, Grecis victis, advexit partibus iſtis :
Albertus, clauſtro quo tempore prefuit, auro
Sic exornavit, Deus hoc quod glorificavit.

5. LONGUS-PONS.

In capsa capitis s. Dionysij.*

[Poquet, *Monogr. de Longpont* (P., 1869, in-8), p. 65.]

Ariopagite *Longus Pons nobilitatur*
Felici capite, *quod in isto vase locatur,*
Doctrinam vite cuius grex iste sequatur.

6. LÆTLÆ.

In s. Crucis hierotheca.*

[Brasseur, *Latiensis ecclesiæ cimeliarchum* (Montibus, 1645, in-12), p. 5.]

Hoc sanctissime Crucis *Salvatoris nostri venerabile* Lignum, *ab Henrico imperatore Constantinopolitano, anno MCCVIII, Lætiensibus missum, Hugo Blosius, abbas xxxiv, anno M.D.XLIII, hierotheca ista ornavit.*

7. MONS S. QUINTINI.

In reliquiario capitis s. Bonifacij.*

[*Archiv. Ambianense*, s. num.]

Anno millesimo ducentesimo septimo, regnante Philippo, rege Francorum xxvij, allatæ sunt reliquiæ istæ, a domino Hugone de Beaumes, a Constantinopolitana urbe, & in hoc vase repositæ tempore Galterij de Hardecourt, abbatis : caput s. Bonifacij *papæ, &* de S. Leodegario, *episcopo & martyre,* dens s. Martini, dens s. Nicolai, *de* vestimento s. Mariæ, de Ligno Domini, de Spongia, de Sepulcro, de sancto Cosma, *medico*, de sancto Basilio *confessore, & aliorum sanctorum.*

8-9. TRECÆ.

In capſa capitis ſ. Philippi.*

[Camuſat, *Prompt. eccl. Trec.*, f. 116 v°; — Outreman, p. 644; — Groſley, I, p. 379.]

Si mihi pro pretio rubet aurum, gemma diteſcit,
Intus quod capio pretij commercia neſcit.
Petre! *tuo* denti, capiti*que* Philippe! *dicatum*
Vas ego; dens ſumme, caput ima parte locatum;
Hunc Rome captum, comes huc Henrice! tuliſti,
Hoc Grecis raptum, preſul Garnere! dediſti.

In capſa brachij ſ. Iacobi maioris.*

[Deſguerrois, *Sainctetè chreſtienne*, p. 85.]

Conſtantine! tua tranſlatus ab urbe, lacertus
Maioris Iacobi *latet hic reverenter opertus.*

10. TREVIRI.

In capſa veræ crucis.

[Aus'm Weerth, *D. Siegenkreuz*, pp. 5, 14.]

Anno ab Incarnatione Domini MCCVII, Henricus de Ulmena attulit Lignum *ſancte* Crucis *de civitate Conſtantinopolitana, & hanc magnam portionem ipſius ligni ſacri eccleſie Sancti Eucharij contulit.*

11. VALENTIANA.

In capſa digiti ſ. Iohannis.*

[Rayſſius, p. 255; — Outreman, p. 644; — Paciaudius, *De cultu ſ. Iohannis Baptiſtæ*, p. 221.]

Hic summi vatum digitum scitote locatum.

A Balduino Grecorum rege latino,
Baptiste *petiit* digitum, *sumensque petitum*
Miles dum veheret, reditumque per æquor haberet,
Mortis ibi subiit fatum, digitumque sacratum
Attulit huc nobis noster Petrus incola gratis,
Donatum nobis A. XXI mille & ducentis.

12. VENETIA.

In cruce Constantiniana in thesauro S. Marci.

[G. Thiepolo, *Tratt. delle SS. Reliquie di S. Marco*, p. 48.]

Condidit hoc signum Ghirardi dextera dignum,
Quod iussit mundus rex francus, duxque secundus
Grecorum, dictus Henricus, ut hoc, benedictus,
Bello securus, semper maneat quasi murus.
Amen.

II

INSCRIPTIONES DIVERSAE.

13-14. AMALPHIA.

In choro S. Andreæ.

[Camera, *Iſt. di Amalfi* (Nap. 1866, in-8), p. 249.]

Petrus ab antiqua Capuanus origine Amalphis
Clarus, poſt patriæ clarior ecce memor.
Cardineus V Martini tempore namque
Bizantum miſſus nuncius, inde tulit
Reliquias divum, quas hic venerare viator,
Nomina quarum alio marmore cuncta leges;
Patria poſt nati & doni non immemor almi,
Ornatas publico reddidit ære ſuo,
Sub comite inſigni Beneventi, qui pius atque
Partenope prorex, mox rogitata dedit.
Anno CIƆIƆVI.

In atrio palatij archiepiſcopalis.

[Ughelli, VII, p. 218; — Panſa, *Iſt. di Amalfi*, p. 122; — Camera, p. 247.]

Hec ſpectare licet Capuani inſignia Petri,
Cuius ope illuſtris ſemper Amalphis erit.
Legatus, Tyrio redimitus tempora cocco,
Bizanti ſedem miſſus ad uſque fuit,
Et patrie memor, exorato pontifice, almum,
Andree corpus *letus in urbe locat,*
A. D. MCCVIII, die VIII maij,
Atque novo veteri iuncto de marmore templo,
Undique quod potuit reliquiaſque tulit,
Canonicam, xenodochium, ſcholamque miniſtrans
Petro, inopi, pueris, ſacra, cibumque ducem;

Mens erat, & portum; ſed, cincta mœnibus urbe,
Suſcepit Petrum dextra benigna Petri.

15. S. VINCENTIUS (diœc. Carnotenſis).

In clauſtro.*

[Du Cange, *Conſtantinopolis chriſtiana*, II, p. 112; — Boll., Iul. VI, p. 129.]

Anno milleno bis centeno duodeno,
Obit Gervaſius Caſtri-Novi dominus;
Nicolai digitum, dextram *dèdit ipſe* Iacobi,
Dulce Crucis Lignum, Chriſtophori*que* caput.

16. TRECA (S. Magdalena.)

In feneſtra quadam vitrea ſacelli S. Ludovici.

[Deſmaze, *La S. Chapelle* (P., 1873, in-12), p. 134.]

Le bon roi, du don l'empereur,
La Couronne *de Noſtre Sieur*
Meict, *l'*Eſpunge, Croix, fer de Lance,
A la Sainte Chapelle de France.

17-19. VENETIA.

In latere ſacelli S. Theodori, in eccleſia S. Salvatoris.

[Cornelius, II, p. 266.]

Hoſpes, civis, advena, quiſquis es qui hæc ignoras, ſiſtito, & Theodori *Amaſeni, incliti militis martyriſque, ab ipſis reipubl. primordiis noſtræ libertatis fortiſſimi propugnatoris, ſacrum* corpus, *in Aſia olim apud Euchaitas frequenti populorum acceſſione & nunquam interrupta miraculorum gloria inſignitum, tandem ex cadentis Græciæ ruinis in æternam urbem tranſlatum, & a maiorum hic primum pietate cultum, ſupplex venerato. Quod ut ſanctius illuſtriuſque in poſterum apud nos coleretur, archiſodalitas eiuſdem divi Theodori, devota numini ac illius munificentiæ obſtricta, ara*

tholo, imaginibus, ſacra ſuppellectili, ac tumulo nobiliore decoravit, curantibus Marco Antonio Martha, maiore cuſtode, Annibale Taſca & Ioſepho Rapavolo edilibus, anno Chriſti MDCXXVII, urbis MCCVI, &c.

In eccleſia S. Simeonis prophetæ.

[Cornelius, VI, pp. 387-388.]

IN CAPSA.

Iſtud eſt corpus ſancti Simeonis *prophetæ, aſportatum de Conſtantinopoli MCCIIII ad hunc locum.*

IN LATERE SACELLI.

In Chriſti nomine, amen. Anno incarnationis MCCCXVII, m. ſeptembris, die iv, indictione prima, tranſlatio corporis ſancti Simeonis *prophetæ facta fuit, de quadam archa, in hoc altare poſita, in qua cxiv annis ſteterat, ut in* Tranſlatione de Conſtantinopoli in MCCIII huc facta *& ſcripturis authenticis continetur, in hoc excellentiſſimum ſepulchrum per venerabilem patrem dom. Iacobum, Dei gratia epiſcopum Caſtellanum, cum quibuſdam aliis convicinis epiſcopis, procurante, cum Dei auxilio, Bartholomæo Ravachulo, eiuſdem eccleſiæ plebano, ſine aliqua eccleſiæ pecunia, propter quod ſupplicat idem plebanus huius eccleſiæ capitulo, ac univerſo convicinio, ut, per Chriſti miſericordiam, in ſuis ſacrificiis & orationibus ſemper ſit in eorum memoria, & viſitet quilibet libenter hæc pretioſa corpora, quia ex indulg. xl dies, diebus ſingulis, relaxantur de iniuncta penitentia, a d. pat. d'Alexandria* (ſic), *de ordinaria licentia.*

Cælavit Marcus opus hoc inſigne Romanus;
Laudibus non parcis eſt ſua digna manus.

B

EXTRACTA

E LIBRIS ECCLESIARUM.

I

E NECROLOGIIS.

1. *E Necrologio ſanctæ Ambianenſis eccleſiæ*

[*Biblioth. Ambian.*, mſ. nº 194, t. II, p. 61 rº.]

[2 dec.] Obitus domini Vualonis de Sarton, ſacerdotis, huius eccleſie canonici, qui de veneranda *facie* beatiſſimi precurſoris domini *Iohannis Baptiſte* noſtram honoravit eccleſiam; idcirco poſt concionem dicta facies in ambone eccleſie populo oſtenditur.

2. *Ex Obituario Belvacenſi.*

[Louvet, *Hiſt. du diocèſe de Beauvais*, II, p. 323.]

[2 nov.] Die ſecunda novembris feria quinta, Catherina, comitiſſa Bleſenſis, *reliquias b. Petri & b. Andree*, Conſtantinopolim miſſas (*ſic*), attulit Belvacum, anno Domini MCCVI.

3. *E Regiſtro & Libro catenato albo eccleſiæ B. M. V. Brugenſis.*

[Beaucourt de Noortvelde, *Deſcr. de N. D. de Bruges*, pp. 56, 173.]

Walterus de Rovere, alias Blanckaert, vj prepoſitus, attulit *partem brachij cum carne ſ. Antonij*, anno M.CC.XIV

4. *E Necrologio Carnotenſi.*

[*Cartulaire de N. D. de Chartres*, III, pp. 53, 89, 178.]

[24 febr.] Obiit vir nobilis, bone memorie, Gervaſius de Caſtro-Novo, qui *caput beati Mathei* apoſtoli & evangeliſte, apud urbem Conſtantinopolitanam acquiſitum & inde allatum, huic ſancte eccleſie preſentavit & dedit.

[15 apr.] Ludovicus, illuſtris comes Bleſenſis, qui ad partes tranſmarinas, in ſervitium Dei, iter aggrediens p.
ſeptem libras & dimidiam nobis dedit & aſſignavit in moledinis ſuis de Carnoto, annuatim percipiendas, ad ſuum, & matris ſue Adeline, & uxoris ſue Katerine anniverſaria in hac eccleſia celebranda, ſcilicet c ſolidos pro unoquoque, qui etiam *caput ſ. Anne*, matris beate Virginis, genitricis Dei, apud Conſtantinopolim acquiſivit, & huic ſancte eccleſie cum *pallio* pretioſo tranſmiſit; unde, ex tanti preſentatione theſauri, & ſuſceptione materni capitis in domo filie, facta letitia magna in populo. Clerus huius eccleſie & comitiſſa Katerina, que, ex parte predicti comitis, viri ſui, caput preſentavit, in id concorditer convenerunt, pio intuitu, ſtatuendo: ut ſingulis annis, de oblationibus factis predicto ſancto capiti, c ſolidi in augmentum & ampliorem venerationem anniverſarij eiuſdem comitis adderentur, ex quibus diſtribuerentur vj denarij ſingulis non canonicis, & reſiduum canonicis qui anniverſario intereſſent, & preterea conferrentur ex eiſdem oblationibus c ſolidi pro remedio anime prefati comitis, eiuſdem die obitus, ad refectionem pauperum de eleemoſyna Carnotenſi. Et multa alia huic eccleſie bona fecit.

[20 ſept.] .... Et K[aterina], nobilis comitiſſa Ble- p. 178.
ſenſis & Clarimontis, que caput beate Anne, matris beatiſſime Virginis, Dei genitricis, Marie, a viro ſuo, il-

lustri comite Ludovico, apud Constantinopolim acquisitum, & huic missum ecclesie, cum precioso pallio presentavit, & tria alia pallia eidem ecclesie dedit.

5. *E Necrologio S. Pantaleonis Coloniæ.*

[Würdtwein, *Nova subs. diplom.* (Heidelb., 1784, in-8), t. IV, p. 11.]

[11 apr.] Anno domini MCCVIII, iij idus apr., allate sunt nobis reliquie *capitis beati Panthaleonis*, patroni nostri, que per Henricum de Ulmene a Constantinopoli cum aliis innumeris reliquiis translate, & ab eodem per dom. Albertum abbatem de Lacu nobis transmisse, ac cum maxima veneracione tocius cleri & populi suscepte, recondite sunt cum aliis preciosissimis reliquiis in capite argenteo & deaurato.

6. *E Libro Anniversariorum conventus FF. minorum Genuensium.*

[Cod. ms. Bibl. reg. Taurin., mmss. patr., nº 220, ff. 47-58.[1]]

f. 47. Iul. die vij. Anniversarium Ogerij de Turricella, & Luchesse uxoris, & Franceschini filij eorum, pro quibus fratres multum tenentur orare, quod ab eis habuerunt *pedem beatissimi Stephani prothomartiris* . . . .

---

f. 56 rº *Qualiter fratres habuerunt pedem beatissimi Stephani prothomartiris.*

Ad perpetuam rei memoriam. Noverint universi pre-

1 Ex apographo quod dom. Vinc. Promis, eques, *Librum* hunc integrum mox in lucem editurus, nobis liberalissime præstitit.

ſentem paginam inſpecturi, quod, circha anno Domini M° CC° LXV°, propter quedam ardua negotia comunis Ianue & imperatoris Conſtantinopolitani, facti fuerunt quidam ambaxiatores per comune Ianue ad prefactum imperatorem : inter .quos fuit honorabilis vir dominus Frexonus Malocellus, qui ſecum habebat quemdam domicellum, virum utique providum & diſcretum, nomine Ogerium de Turricella, quem ſecum duxit ad imperatorem predictum. Factum eſt autem, dum eſſent in completis negociis ſuis bene & gratioſe, petierunt ab imperatore ut poſſent videre magnas & pretioſas reliquias, que apud Sanctam Sophiam honorifice reſervantur, qui libere eis conceſſit; videntes autem, devote adoraverunt & magnam inde conſolationem ſuſceperunt. Inter predictas autem reliquias erat pes dexter beatiſſimi Stephani prothomartiris, quem, cum predictus Ogerius videret, ob magnam devotionem quam ad ſanctum habebat ſtatim animatus, de reliquia ſancta diligenter obſervavit modum & locum, quomodo & ubi pes ſanctus reconderetur, & magno periculo ſe exponens, nocte ſuperveniente, in eccleſia Sancte Sophie clanculo ſe abſcondens, cum Dei adiutorio prudenter pedem ſanctiſſimum de loco ſuo aſportavit, & illum in capſia ſua reverenter abſcondens, nemini factum, donec Ianue fuit, indicavit. Imperator igitur predictus, cum de amiſſione reliquie ſanctiſſime audiret, vehementer doluit, & mittens omnes ſacerdotes ſuos & calloiros carceri mancipavit, & dubitans nichilominus de facto, ſtatim nuntios ſuos ſollempnes Ianue miſit, qui perſcrutantes de negotio quod nemini hoc notum fuerat, vacui ad patriam ſunt reverſi. Cum magna igitur diligentia & reverentia Ogerius prefactus magno tempore theſaurum ſanctum penes ſe cuſtodivit; ſed tandem conſcientia motus quod irreverenter conſervabatur & loco indebito, a Deo, ut credi-

tur, monitus, pedem ſanctiſſimum apud fratres minores de Ianua duxit humiliter deponendum, qui fratres per plures annos in ſacrario cum ceteris ſanctorum reliquiis conſervarunt, infra quem terminum Ogerius ſepedictus migravit ad Dominum, nullam de huiuſmodi in morte faciens mentionem. Uxor vero illius, nomine Lucheſa, cum ceteris heredibus viri ſui, reliquiam ſanctam velud ſuam a fratribus repetiit, qui ſine alia condictione ſibi eam reddiderunt, eo quod tamquam depoſitum rem ſuſceperant, quamvis crederent quod de ipſa amplius, mortuo viro, mentio alia fieri non deberet. Cuſtodiens igitur mulier prefacta pedem ſanctum in domo propria, quam honorificentius & melius potuit, contigit ipſam graviter infirmari, in qua infirmitate diu laborans, cum nullo poſſet medicorum iuvari ſubſidio, ad Dei & beatiſſimi prothomartiris auxilium ſe vertens, votum vovit quod, ſi de infirmitate illa ſanctus liberaret eam, reliquiam ſuam apud locum fratrum minorum cum omni reverentia & humilitate collocaret. Statim igitur voto emiſſo, mulier de infirmitate ſua convaluit, & mittens per guardianum & fratres, ibi cum cereis & ſollempnitate magna acceſſerunt, & theſaurum illum ſanctiſſimum, a domina illa prefacta libere & gratioſe cum inſtrumento publico & teſtibus ydoneis ipſis oblatum, ad domum & conventum ipſorum Ianue deduxerunt, & eum cum ceteris ſanctis reliquiis, que ibi in magna copia in ſacriſtia conſervantur, honorifice collocarunt, ubi, per ipſorum merita ſanctorum ſuorum, Dominus magna beneficia, omnibus ipſorum ſuffragia petentibus, conferre dignatur, ad laudem & gloriam Domini noſtri Iheſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, amen.

f. 57 vo *Explicit de pede beati Stephani prothomartiris.*

7. *E Necrologio S. Mamantis Lingonensis.*

[Cod. msſ. Bibl. publ. Lingon., E. 494, t. I, f. 1 v°.]

[2 ian.] Obiit venerabilis pater Galo, quondam Dimicensis episcopus, qui dedit decem libras Lingonenses pro quibus distribuuntur xl solidi sumpti in bursa. Dedit etiam domum suam post decessum Garneri presbiteri sui; & successive venditiones erunt in augmentationem anniversarij sui & fit commemoratio pro dicto presbitero ....; solvit bursa xlv solidos de redditibus de Dompna Petra & de Charmis; que domus sita est supra Muros Fractos & eam tenet. — Cum pulsatione campanarum, & induit scola capam brodatam vita sancti Mammetis tam in vigiliis quam in missa, ac etiam *caput beatissimi Mammetis* defertur, & cantatur ad maius altare.

8. *Ex Obituario Lugdunensis ecclesiæ.*

[Ed. Guigue, Lugd., 1867, in-4, p. 43.]

[5 mai.] iij non. maij. Obiit Poncius de Iconio (*Pontius de Chaponay?*) qui dedit S. Stephano *crucem* auream que est super capsam maioris ecclesie.

9. *E Necrologio ecclesiæ Parisiensis.*

[*Cartul. de N. D. de Paris* (éd. Guerard, P., 1850, in-4), IV, pp. 17, 31, 110.]

[4 febr.] Obiit venerabilis pater & dominus Petrus, Sancti Marcelli tit. presbyter cardinalis, qui, a legatione Constantinopolitana reversus, nobis transmisit reliquias, p. 17.

videlicet: *brachium sancti Blasij*, cum *genu sancti Symeonis*, partem etiam quandam *de vestimentis beate Marie*, cum aliis multis reliquiis. [Capitulum vero, non immemor collati beneficij, anniversarium eiusdem cardinalis singulis annis concessit in ecclesia Parisiensi celebrari in crastino festivitatis b. Blasij, & statuit, ut de oblationibus que fiunt in trunco ecclesie, canonici & maiori altari servientes, qui vigiliis anniversarij intererunt, sex denarios habeant, & qui misse intererunt, similiter sex denarios habeant, & matricularij laïci duodecim.][1]

p. 31. [21 mart.] Obiit venerabilis pater, magister Petrus de Capua, Sancti Georgij ad Velum aureum diaconus cardinalis, qui multis profuit non solum ecclesie Parisiensi, sed etiam toti ecclesie Gallicane. Avunculus etiam suus multas & magnas reliquias contulit ecclesie Parisiensi. Capitulum vero, recolens beneficia eorum, anniversarium eiusdem cardinalis concessit fieri singulis annis, in ecclesia Parisiensi.

p. 110. [14 iul.] Obiit christianissimus rex Francie Philippus Augustus . . . .

Dedit quoque *crucem* unam de gloriosa Cruce Dominica, que sibi delata fuit de partibus Constantinopolitanis . . . . . .

10. *E Necrologio S. Dionysij in Francia.*

[Félibien, *Hist. de S. Denys*, pr., p. 214.]

[16 iul.] Anniversarium Innocentij pape, qui dedit nobis *corpus s. Dionysij*, Chorinthiorum episcopi.

1 Capitulum . . . . . duodecim *add.* Du Cange (*Const. christ.*, II, p. 120).

11. *E Necrologio S. Mariæ Sueſſionenſis.*

[*Voy. litt. de deux Bénéd.*, III, p. 22; — *Rituale Sueſſ.*, p. 312.]

[13 ſept.] Idus ſeptembris obiit dominus Nivelo, epiſcopus Sueſſionenſis, qui dedit ecclesie noſtre, in reverſione peregrinationis ſue a civitate Conſtantinopolitana, *zonam b. Marie Virginis* cum vaſe, & *imagine* ipſius, & de *camiſia eiuſdem, caput b. Iude* cum vaſe, *brachium ſ. Euſtachij* martyris, de *Faſcia* qua involutus fuit puer Ieſus, de *Sandalio Domini*, de *Sindone munda*, de *ligno vivifice Crucis* in duobus locis cum duobus vaſis, de *ſ. Clemente*, de *lecto b. Virginis*, de *capillis ſ. Georgij*, de *ſ. Pantaleone*, de *ſ. Baſilio*, de *pellicio ſ. Helie*, de *Spongia Domini*, & de *ſpinea Corona*, de *Veſtimento purpureo*. Pro quo, in die ſui obitus, abbatiſſa Helvidis, aſſenſu capituli ſui, de acquiſitionibus ſuis de Charli & de aliis locis, ad procurandum in granario frumentum, accipi conſtituit, & in cellario vinum optimum, & pro beneficiis que contulit noſtre ecclesie, conventus conceſſit ſibi unam prebendam unius monialis in hoſpitali noſtre ecclesie. Quod ne quis diminuat vel auferat, pleno capitulo, ſub excommunicationis interdicto prohibitum eſt.

II

E RITUALIBUS.

E Mandato seu Rituali Suessionensi.

[Ed. Poquet, pp. 287-290.]

p. 287. *In susceptione sanctarum reliquiarum, ab urbe Constantinopolitana allatarum.*

Fit triplex festum cum tribus glassis. Ad primas vesperas & matutinas, dum pulsantur tres glassi, ponuntur super maius altare: *due cruces de Ligno Domini, virga Moysi, peplum beatissime Virginis* cum *lacte eius, capita* sanctorum *Iohannis-Baptiste, Stephani* prothomartyris, *Thome* apostoli, cum *digito eius, corone capitum* beati *Marci* evangeliste, beati *Blasij* martyris, cum *costa eius*, cum ceteris reliquiis simul allatis, amplificato de communi cereorum numero, sicut moris est in festo triplicio.

. . . .

p. 289. Institutum est ut festivitas ista semper celebretur dominica prima post festum sancti Dionysij, ut sollempnius agatur, licet prime reliquie allate fuerint in crastino sanctorum Iohannis & Pauli, alie vigilia Calixti pape.

Quinto kalendas iulij ovanter suscepit urbs Suessionis *caput* beatissimi prothomartyris *Stephani, digitum* beati *Thome* apostoli, quem posuit in latus Domini, *coronam* beati *Marci* evangeliste, *brachium* sancti *Iohannis Baptiste, unam spinam de Corona Domini,* partem *Panni* quo Dominus precinxit se in Cena, *cingulum* & partem magnam *pepli beatissime Virginis Marie,* & alias quam plures

ſanctorum reliquias, quas dominus Nivelo, Sueſſionum epiſcopus, ab urbe Conſtantinopolitana, anno Verbi incarnati M° CC° V°, per fideles nuntios, ad ſuam & ſibi (ſubiectas R. M.) Sueſſionenſis civitatis tranſmiſit ecclesias.

Tercio idus octobris, ovanter ſuſcepit urbs Sueſſionis quinque maximas *cruces de Ligno Domini*, & partem *Harundinis* qua fuit percuſſus, & *virgam Moyſi*; & *capita* ſanctorum *Iohannis Baptiſte*, *Thome*, *Thaddei* apoſtolorum, *Blaſij* cum *coſta* eius, *Iacobi* martyris, *Dioniſij Ariopagite*, cum aliis pluribus ſanctorum reliquiis, quas dominus Nivelo, Sueſſionenſis epiſcopus, anno incarnati Verbi M° CC° V°, ab urbe Conſtantinopolitana ad ſuam & ſibi ſubiectas Sueſſionis dioceſis detulit eccleſias.

III

EX INVENTARIIS ECCLESIARUM.

A) CLARAVALLIS.

[Ex *Inventario ſecundo theſauri Claravallenſis* (1504), a d. d'Arbois de Jubainville (*Revue des Sociétés ſavantes*, V[e] ſérie, V, pp. 496-503) edito.]

p. 496. 1. Primo loco eſt tabula cum portis . . . . .; & in eadem tabula continentur iſte reliquie . . . . ., quas reliquias attulit de theſauro nobilis viri Henrici, imperatoris Conſtantinopolitani, vir religioſus, nonnus Hugo, quondam abbas S. Gilleni, poſtea humilis monachus Clarevallis, & plures alias reliquias, de quibus inferius dicetur . . . . . .

p. 497. 2. Secundo loco eſt tabula argentea, continens novem marcas argenti & unam marcam auri, quam fieri fecit in Claravalle dictus Hugo, quondam abbas Sancti Gilleni, tunc autem monachus Clarevallis, tempore nonnorum Anſelmi, Petri, & Drogonis, ſacriſtarum, in cuius tabule medio, in eminentiori parte, poſita eſt crux quam miraculoſe miſit Almaricus, rex Iheroſolimitanus, in Claramvallem . . . . . . Eidem cruci adiuncte ſunt circumquaque portiones *Ligni Dominici*, quas attulit nonnus Artaudus, frater militie Templi, poſtea monachus & cellerarius Clarevallis . . . . . . Continetur iterum in eadem tabula de *ſpinis Corone Domini*, quas ſepedictus Hugo ſumpſit manu propria de Corona ſpinea Domini; item de *Veſtimentis Domini*, de *Zona*, de *Sindone*, & multe alie reliquie Domini, & reliquie undecim apoſtolorum, & *ſupercilium beati Iohannis Baptiſte*, de *brachio beati Iacobi minoris*, & reliquie multorum ſancto-

rum, quas attulit dictus Hugo, quondam abbas Sancti Gilleni . . . . . .

3. Nota quod in antiquis inventariis tertio loco ſolebat eſſe *magna crux* aurea, quam, de theſauro ſancte Helene in Conſtantinopoli ſumptam, Henricus, imperator Conſtantinopolitanus, ſucceſſor fratris ſui Balduini, comitis Flandrie, poſtea imperatoris Conſtantinopolitani, manu propria contulit, ſub nomine Clarevallis, domino Hugoni, abbati Sancti Gilleni, poſtea monacho Clarevallis, qui eam detulit in Claramvallem. Et ſciendum quod, ſicut dicebat idem Hugo, ad theſaurum illum non patebat acceſſus, niſi per novem oſtia cuprea & totidem p. 498. ſeras, cuius theſauri claves memoratus Hugo geſtabat, de mandato dicti Henrici imperatoris . . . . . .

4. Quarto loco eſt *vas argenteum*, quod fieri fecit ſancta Helena, de predicto theſauro ſumptum, & a domino Henrico imperatore, per eumdem Hugonem Claramvallem miſſum, opere greco mirabiliter & multum artificioſe compoſitum, in cuius parte anteriori, ſub eſmaldis de auro mirabiliter fabrefactis, honorifice condita eſt *portio Dominice Crucis*, in cruce ex auro mirabiliter fabrefacta, in qua ſunt quatuor lapides praxini & duo alij lapides, in ſex angulis, ſex eſmaldis miro opere decorati. In eadem parte anteriori continentur reliquie plures, ſcilicet: de *ferro Lancee Domini*, de *ſpinis Corone Domini*, & alie reliquie, ſub ſimilibus eſmaldis in cellulis collocate; in parte vero poſteriori eiuſdem vaſis continentur *reliquie ſancti Georgij* & aliorum plurimorum ſanctorum, in cellulis argenteis; & omnes reliquie, que in hoc vaſe continentur, litteris grecis exprimuntur. Sunt autem omnes reliquie, que in hoc vaſe continentur, quadraginta quatuor; continentur etiam in hoc vaſe *reliquie ſancti Minas*, archiepiſcopi & martyris.

. . . .

p. 499. 8. Octavo loco est tabula, in qua fuit olim crux magna, in qua sunt reliquie plures; & in medio huius tabule inserta est *pars capitis sancti Minas*, archiepiscopi & martiris, quam attulit nonnus Artaudus, postea cellerarius Clarevallis. Et sunt in eadem tabula novem marche argenti.

9. Nono loco est tabula aurea, que facta fuit tempore domini Radulphi, quinti decimi abbatis Clarevallis .... In medio autem inserta est tabula aurea, sicut assumpta est de textu, quem dedit dominus Conrardus, Portuensis episcopus. Sub eadem tabula collocatus est iaspis, in quo celata est imago Crucifixi, quem dedit idem dominus Conrardus, sub quo iaspide positum est *vasculum*
p. 500. in forma crucis factum ......; hoc vasculum fuit domini Iohannis, Mithelenensis archiepiscopi, quod dedit ei dominus Cono, filius advocati Bethune ......

10. Decimo loco est tabula que facta fuit tempore domini Radulphi, abbatis, & nonni Drogonis, sacriste Clarevallis, in cuius medio insertum est *philaterium* quod attulit nonnus Artaudus, in quo continentur reliquie viginti quatuor sanctorum, sub viginti quatuor cellulis. Sub eodem philaterio continetur *portio ligni Dominici*, quam attulit idem Artaudus. Et continentur in dicta tabula reliquie centum & quadraginta duo.

. . . .

12. Duodecimo loco est tabula parva, quam attulit nonnus Artaudus, cellerarius Clarevallis, in quo continetur de *Ligno Domini*; & in eadem apparent ossa sanctorum nuda, quorum nomina grecis litteris exprimuntur.

. . . .

p. 502. 25. Vas in quo continetur *caput sancti Barnabe* apostoli, quod caput attulit supradictus nonnus Artaudus, cellerarius Clarevallis. Hoc vas factum est tempore Everardi, & Guillermi, & nonni Drogonis, sacriste, ex

triginta marcis argenti & una & dimidia auri. In eadem vase continetur de *Ligno Domini*, & alie centum & septem reliquie.

26. Vas quadratum, in modum turris, quod fecit fieri de suo proprio Garnerius, nonus abbas Clarevallis, postea Lingonensis episcopus, ex viginti marchis argenti & una auri, in quo continentur he reliquie, scilicet: *pars capitis s. Marci* evangeliste, de *brachio s. Thome* apostoli, de *brachio s. Laurentij*, de *scapula s. Blasij*, de *scapula s. Philemonis*, de *scapula s. Theodori* martiris, de *capite s. Cypriani* martiris, & de *reliquiis s. Iohannis Baptiste*, & aliorum sanctorum, que omnia attulit de transmarinis partibus sepe nominatus Artaudus, cellerarius Clarevallis ...... [1]

[Est magnum scrinium deargentatum, ponderis decem & octo marcharum argenti & unius marche auri, quod factum est tempore Guidonis, decimi abbatis Clarevallis, in quo scrinio collocata sunt: *capita beati Iohannis Crisostomi* & *s. Domistri*; in operculo eiusdem scrinij sunt diligenter collocate, sub certis titulis: reliquie *s. Iohannis Baptiste*, *s. Laurentij* martiris, *s. Malachie* episcopi, *s. Stephani* protomartiris, *s. Nicholai* episcopi ... *s. Agathe* virginis & martiris, *s. Georgij*, *s. Thome* apostoli *pars scapule* (quam attulit de Constantinopoli domnus Nevelus, Suessionensis episcopus, & dedit domui Clarevallis), *s. Marci* evangeliste, *s. Taddei* apostoli, ... *s. Domistri* martiris, ... que omnia, cum multis aliis reliquiis, attulit de transmarinis partibus nonnus Artaudus, Templi miles, monachus Clarevallis & cellerarius. Nota,

1 Huc usque documentum a d. d'Arbois editum; quod autem istud integrum sit, non plane liquet: sequentia enim, ad rem nostram spectantia, ex opere d. Caroli Lalore (*Trésor de Clairvaux*, P., 1873, 8°) passim excerpsimus, quæ ipse ex inventario manuscripto prælaudato desumpsisse patenter affirmat (a priore editore forte neglecta?).

quod caput s. Iohannis Chrysostomi, quod fuit in magno scrinio, deportatum est apud Parisios, tempore donni Stephani, decimi noni abbatis Clarevallis, in collegio S. Bernardi, quando idem collegium pertinebat soli monasterio Clarevallis, & in dicto scrinio collocatum est caput s. Margarite loco illius.[1] ......

Vasculum argenteum deauratum, instar ecclesie, quod fecit fieri dominus Iohannes de Aizanvilla, abbas Clarevallis, ex novem & dimidia marcha argenti, in qua continetur *Iuncus Domini* marinus [a domino Henrico imperatore, per nonnum Artaudum, missus],[2] habens campanile in parte superiori: cui insertum est parvum vasculum argenteum cum cathena argentea, in quo est *una spina* integra *de Corona Domini*, cum uno *Agnus Dei* de argento deaurato.[3] ......

Et sciendum quod omnes reliquias, quas attulit nonnus Artaudus, assumpsit de thesauro Constantinopolitano vir nobilis Ludovicus, comes Blesensis, qui cum Balduino, comite Flandrensi, & domino Henrico fratre eius, postea imperatoribus, & multis aliis baronibus, interfuit captioni Constantinopolis, & tandem profectus est ad partes transmarinas.[4]]

B) CORBEIA.

[E *Rotulo reliquiarum Corbeiensium* (Bibl. d'Amiens, nº 527), a dom. Garnier (*Mém. de la Soc. des Antiq. de Picardie*, VIII, p. 501) edita.]

Sanctuarium quod Robertus, miles de Clari, attulit Constantinopoli.

j. In maiori texto, crux integra de *Ligno Domini*.

1 Lalore, *Trésor de Clairvaux*, pp. 52-53. — 2 Hæc in textu desunt, sed ab *Inventario* recentiore (1741) adduntur; cf. Lalore, p. 53. — 3 Lalore, p. 54; — 4 Id., p. 125.

ij. In texto criſtallino, crux mágna de *Ligno Domini*.
iij. In cruce magna, de *Ligno Domini*.
iv. Aurea crux per ſe dupplex, plena de *Ligno Domini*.
v. *Imago beate Marie Virginis*, facta de *Ligno Domini*, in capſula per ſe.
vj. In vaſe criſtallino pannus lineus, unctus *Sanguine Domini*.
vij. De *Panno* quem Dominus habuit circa renes.
viij. Vas criſtalli per ſe, habens de *ſpinis Corone Domini*.
ix. De *Corona Domini* in duobus locis.
x. De *Spongia Domini* in tribus locis.
xj. De *Pallio* & de *Veſtimentis Domini*.
xij. De *Soleis calciamentorum Domini*.
xiij. De *Calamo Domini*.
xiv. De *Sudario Domini* in duobus locis.
xv. De *Sepulchro Domini*.
xvj. Dimidium *ʒone beate Marie*, matris Domini.
xvij. De *panno* quo beata Virgo habuit caput involutum.
xviij. In ampulla magna criſtalli, de *camiſia beate Marie Virginis*.
xix. Item, in alio loco, de *camiſia beate Marie*.
xx. De *ſudario beate Marie*.
xxj. De *guinpla capitis beate Marie*.
xxij. *Brachium ſancti Marci* evangeliſte.
xxiij. De *capite ſancti Iohannis Baptiſte*, & de *digito* eius.
xxiv. De *veſte ſancti Iohannis* evangeliſte.
xxv. De *ſancto Andrea* apoſtolo.
xxvj. De *ſancto Thoma* apoſtolo.
xxvij. De *ſancto Iacobo* apoſtolo.
xxviij. De *ſancto Barnaba* apoſtolo.
xxix. De *ſancto Bartholomeo* apoſtolo.
xxx. De *Innocentibus*.
xxxj. De *ſancto Stephano* martyre.
xxxij. De *ſancto Georgio* martyre.

xxxiij. *Dens sancti Xristofori* martyris.
xxxiv. De *sancto Blasio* martyre.
xxxv. De *sancto Marcello* martyre.
xxxvj. De *sancto Grisogono* martyre.
xxxvij. De *sancto Legerio* martyre.
xxxviij. De *sancto Silvestro.*
xxxix. De *sancto Vigilio* martyre.
xl. In vase cristalli, *dens sancti Nicholai* & de *capillis* eius.
xlj. Item, de *sancto Nicholao.*
xlij. De *sancto Honesto.*
xliij. De *veste sancte Marie Magdalene.*
xliv. De *cilicio beate Marthe.*
xlv. *Digitus sancte Helene.*
xlvj. De *sancta Katerina.*
xlvij. De *sancta Anastasia.*
xlviij. In texto quodam, lapis *iaspis* celatus & litteris grecis notatus.
xlix. Item, de *ossibus sancti Philippi* apostoli.
l. De *sancto Lito* martyre.
lj. De *ossibus sancti Mauricij*, sociorumque eius martyrum.
lij. De *ossibus sancti Iuliani* martyris.
liij. De *Columpna* ubi Dominus ligatus fuit.
liv. De *petra* super quem (*sic*) fuit corpus Domini depositum de cruce.

C) NAMURCUM.

[Ex *Inventario* quodam *reliquiarum S. Albini Namurcensis*, saec. XVI exarato (*Analectes p. servir à l'Hist. de Belg.*, IV, pp. 390, 393).]

P. 390. ... 2. De *Veste purpurea* Iesu Christi, quam Henricus, imperator Constantinopolitanus, ad nos transmisit per

Danielem de Sclaussinio, clericum suum, probante diplomate imperatoris sub data 1205, mense maio......

6. De *zona beate Marie Virginis*, de qua fit mentio in diplomate Henrici, imperatoris Constantinopolitani, continente specificationem reliquiarum, quas ad nos transmisit per magistrum Danielem de Sclaussinio, clericum suum......

9. De *reliquiis beati Iacobi minoris* apostoli, dono p. 35 Henrici, imperatoris Constantinopoli, quas ad nos transmisit per magistrum Danielem de Sclaussinio......

11. De *capite beati Pauli*, dono Henrici, imperatoris Constantinopolitani, quas ad nos transmisit per dictum Danielem Sclaussinium......

14. Maxima *pars de Ligno Domini*, in modum crucis circumligata, dono Henrici, imperatoris Constantinopolitani, quam ad nos transmisit per Danielem de Sclaussinio......

22. *Corona spinea Salvatoris*, dono Henrici, impera- p. 392 toris Constantinopolitani, quam ad nos transmisit per Danielem de Sclaussinio, clericum suum......

30. De *Pannis infantiæ Salvatoris*, dono Henrici, imperatoris Constantinopolitani, quos ad nos transmisit per Danielem de Sclaussinio, clericum suum.

31. De *Linteo*, quo precinxit se Christus Dominus in Cœna, dono eiusdem Henrici, imperatoris.

32. De *Sanguine Salvatoris Domini*, relato in brevi apostolico Nicolai, summi pontificis, item in donatione Philippi II, Namurcensis comitis & marchionis, reliquiarum, quas donat ecclesiæ Sancti Albani.

APPENDIX

INDEX COD. MMSS. ET EDITIONUM

ALEXIANÆ EPISTOLÆ

B. Cod. mſ. bibl. publ. Bernenſis, nº 111 (m. ſ. XII ineunt.), ff. 22-24.
Br. » » » reg. Bruſſellenſis, nº 5460 (olim S. Petri Gemblacenſis), (m. ſ. XII), f. 1.
C. Codex mſ. bibl. Clauſtroneoburgenſis, 722 (m. ſ. XIV) ff. 210-211.
D. Du Cange.
G. Codex mſ. bibl. acad. Giſſenſis, 158 (olim Spanhem.), (m. ſ. XIII), ff. 2-6.
H. » » bibl. publ. Hamburgenſis, Gm. 31b (m. ſ. XIV), f. 1.
M. Codices deperditi S. Albini Andegavenſis & S. Ebrulfi, quibus uſus eſt D. Martène (*Theſ. Anecd.*).
M'. Codex m. deperditus S. Jacobi Leodienſis, quo idem uſus eſt (*Ampl. Coll.*).
Mo. Codex mſ. bibl. palat. Monacenſis, nº 5374 (olim Chiem. 74), (ch. ſ. XV), f. 115 & ſ.
Pc. Codex mſ. bibl. nat. Pariſ., lat. 5508 (olim Colbert 3837), (m. ſ. XII), f. 6.
Pd. » » » » » lat. 5130 (ol. Delamare 197), (m. ſ. XV), p. 1.
Pg. » » » S. Genoveſæ Pariſ., I, l. 1 (m. ſ. XIII), f. 1.
R. Codex mſ. bibl. Vaticanæ, 1795 (m. ſ. XIII), p. 120.
V. Codex mſ. bibl. cæſar. Vindobonenſis, lat. 427 (m. ſ. XII), ff. 40-41.
V' » » » » » lat. 9779 (ch. ſ. XVII), ff. 116-118 (apogr. textus D.).
Vr. Codex mſ. bibl. univ. Vratiſlavienſis, IV f. 91 (m. ſ. XIV), f. 83.
X. Editio princeps Roberti Monachi (Pariſ, b. nat., réſ. J. 286 a, & Bonn., bibl. univ., 448).

A

TESTIMONIA
DE RELIQUIIS
IN CONSTANTINOPOLI SÆC. XII ASSERVATIS

1092. I

Alexij I Comneni ad Robertum Flandrensem epistola.[1]

[Robertus Monachus, s. l. n. a. (Colon., c. 1470), in-4, ff. 1-3; Du Cange, *Notæ ad Alexiadem* (ad calc. Cinnami), pp. 336-337;[2] — Martène, *Thes. anecd.*, I, col. 267-268;[3] — Id., *Amp. coll.*, I, 572;[4] — Migne, *Patr. lat.*, t. CLV, col. 466-470; — Hagenmeyer, pp. 346-351; — *Versio gallica:* Peyré, II, pp. 462-465.]

HOC exemplar epistole, quarto anno ante gloriosum Iherosolimitanum iter, a Constantinopolitano imperatore omnibus occidentalibus ecclesiis directum est, precipue tamen Flandrensi comiti Rothberto. Ipse autem comes iam redierat a sepulcro Domini in baculo & pera, in quo itinere se viderant, & affabile atque amicabile colloquium ad invicem [1] habuerant. [2] Idem vero imperator, ut ipse in eisdem [3] conqueritur litteris,[4] nimis oppressus fuerat a nefanda gente [5] paganorum, quorum principatum tenebat Solimannus veteranus, pater Solimanni iunioris,[6] quem nostri postea, ut Liber iste [7] meminit, bellicoso conflictu devicerunt, eumque fugere turpiter [8] compulerunt. Unde non parum [9] miramur, [10] cur sepedictus [11] imperator tam [12] venenosum animum contra [13] nostros semper [14] habuerit, & reddere mala pro bonis non formidaverit. *Explicit argumentum;* [15] *incipit epistola.* [16]

---

1 Ad invicem *d. in* (R); — 2 habuerunt (D, Pg), habebant (X); — 3 eis (R); — 4 litteris conqueritur (Vr); — 5 gente nefanda (B). — 6 iunioris Solimanni (D); — 7 ille (B); — 8 turpiter *d. in* (Pd); — 9 non parum *d. in* (R); — 10 miretur (D); — 11 dictus (D); — 12 tam *d. in* (R); — 13 erga (R); — 14 semper *add.* (G); — 15 *Explicit argumentum d. in* (D); 16 *Explicit ... epistola d. in* (G, R,

Domino & glorioso [1] *comiti Flandrensium* [2] *Rothberto, & omnibus tocius regni principibus, christiane fidei amatoribus, tam laïcis quam clericis,* [3] *imperator Constantinopolitanus, salutem & pacem in eodem* [4] *domino nostro Ihesu Christo & Patre eius ac Spiritu Sancto.* [5]

O inclitissime comes! [6] *& maxime christiane* [7] *fidei* [8] *consolator! notificare prudentie vestre* [9] *huc* [10] *volo,* [11] *quantum* [12] *sanctissimum imperium* [13] *christianorum Grecorum angustiatur* [14] *fortiter a Pincinatis* [15] *& Turcis, &* [16] *cotidie. depredatur* [17] *& adquiritur sine intermissione, & fiunt ibi* [18] *cedes* [19] *diverse* [20] *& inenarrabiles christianorum* [21] *interfectiones & derisiones.* [22] *Sed quia sunt multa mala que* [23] *agunt,* [24] *&,* [25] *ut diximus, inenarrabilia, de multis* [26] *dicemus* [27] *pauca, que tamen sunt auditu* [28] *horribilia, & conturbant etiam* [29] *ipsum aerem. Nam pueros & iuvenes christianorum* [30] *circumcidunt* [31] *super baptisteria christianorum,* [32] *& circumcisionis sanguinem, in despectum* [33] *Christi, fundunt in eisdem* [34] *baptisteriis, & desuper eos* [35] *mingere* [36] *compellunt, &* [37] *deinceps in circuitu ecclesie*

Vr, X), *argumentum totum d. in* (Br, C, M, Mo, Pc, V, X); *pro quo autem* (V) Epistolam *ponit, a patriarcha Iherosolimitano de capta Syria* (ann. 1099) *directam* (Martène, *Thes. Anecd.*, I, p. 272); — 1 gloriosissimo (Br); — 2 Flandrensium comiti (D, M, R); — 3 tam monachis quam clericis ac laïcis (Br), tam clericis quam laïcis (Vr); — 4 eodem *d. in* (Vr); — 5 & Patre .... Sancto *d. in* (Br); — 6 comes *d. in* (Mo); — 7 christiane *d. in* (M); — 8 fidei christiane (Pd, V); — 9 vestre prudencie (Vr); — 10 huc *add.* (Br); — 11 volo prudentie vestre (R); — 12 quam (Vr); — 13 imperium *d. in* (R); — 14 angustatur (M); — 15 Pincinatis *d. in* (D); — 16 & *add.* (B); — 17 depredatur *d. in* (D), predatur (Pd); — 18 ibi *add.* (B); — 19 cedes *d. in* (Pd); — 20 universe (Pd); — 21 christianorum *d. in* (Vr); — 22 & fiunt... derisiones *d. in* (D); — 23 quod (R); — 24 aguntur (C); — 25 & *d. in* (D), &, & (Mo); — 26 de multis *d. in* (V)); — 27 dicamus (B, Br, G, M, R, Pg, V, Vr); dicam (Pd); — 28 auditu sunt (Br, Mo), audita (M); — 29 conturbant etiam *d. in* (D), etiam *d. in* (Pd, Pg, Vr); — 30 Christianos (D), Christianorum *d. in* (M'); — 31 circumcidunt christianorum (R); — 32 super .... christianorum *d. in* (Br); — 33 despectu (M'); — 34 eisdem *d. in* (Br); — 35 eos desuper (Br); — 36 mingere *d. in* (D); — 37 & *d. in* (C).

eos[1] *violenter deducunt, & nomen & fidem sancte Trinitatis blasfemare compellunt.*[2] *Illos vero nolentes ita facere*[3] *ex*[4] *diversis penis affligunt, & ad ultimum eos*[5] *interficiunt. Nobiles vero*[6] *matronas ac earum filias, depredatas,*[7] *invicem succedendo ut*[8] *animalia, adulterando*[9] *deludunt. Alij vero, turpiter corrumpendo*[10] *virgines, statuunt*[11] *ante facies earum matres, compellentes eas nepharias &*[12] *luxuriosas decantare cantilenas, donec compleant stupra*[13] *ipsa sua nepharia.*[14] *Sic enim legimus actum &*[15] *in Dei populo antiquitus, quibus impij*[16] *Babilonij post diversa*[17] *ludibria*[18] *deridendo dicebant: « Hymnum cantate nobis de canticis « Sion »* (Psalm. 136, *v.* 3). *Sic & in*[19] *stupro filiarum matres compelluntur*[20] *nunc cantare cantilenas nepharias, quarum*[21] *voces, non*[22] *cantum, sed magis,*[23] *ut credimus, plus*[24] *resonant planctum, sicut scriptum*[25] *est in morte*[26] *Innocentium:*[27] *« Vox in Rama audita est, ploratus,*[28] *&*[29] *ululatus « multus,*[30] *Rachel plorans filios suos,*[31] *& noluit consolari, « quia non sunt »* (Matt. II, 18). *Sed,*[32] *licet matres Innocentium, que*[33] *per Rachel figurantur, non valuerint*[34] *consolari pro morte*[35] *filiorum, valuerunt*[36] *tamen*[37] *consolari*[38]

1 Eos in circuitu ecclesie (Br); — 2 & deinceps .... compellunt *d. in* (R); — 3 ita facere *add.* (R), ea (H, G, M, Mo, Pg, V), illa vero facere nolentes (Vr), nolentes ea (C). — 4 ex *d. in* (H, M', Vr); — 5 eos *d. in* (D, Pd, Pg); — 6 autem (G, H, Pd, Vr); — 7 temptatas (Mo); — 8 velut (Vr), & (Mo); — 9 adulterando *d. in* (H, D), deludunt adulterando (Vr); — 10 corrumpendo turpiter (C, G, M, Vr); — 11 faciunt (Mo); — 12 nepharias & *d. in* (Vr); — 13 stupra *add.* (M), ipsi sua compleant opera (Vr); — 14 luxuriosas .... nepharia *d. in* (R); — 15 ut (D, Pg), & *d. in* (M); — 16 imperij (D); — 17 diversa *d. in* (D); — 18 ludibria (R), delubria *ceteri codices*; — 19 in *d. in* (D); — 20 compellunt (M); — 21 quantum (R); — 22 non tamen (H); — 23 planctum magis (X); — 24 plus *d. in* (D, Vr); — 25 scriptum *d. in* (C, Pc, V); — 26 matre (D); — 27 dicentium (R); — 28 & *add.* (H, Pg); — 29 & *add.* (G); — 30 multus *d. in* (Vr); — 31 suos *d. in* (C); — 32 Sic (D); — 33 que *d. in* (H); — 34 valuerunt (B, Br, D, Pg); — 35 in mortem (D, Pc, R), in morte (C, G, H, Pg); — 36 voluerunt (Pd, Vr), valuerunt (C, X, M'); — 37 tum (B, G, V); — 38 morte ... consolari *d. in* (X).

per salutem[1] *animarum, iste*[2] *tamen*[3] *nullatenus, quod peius est, consolari valent,*[4] *quia & in corporibus & in animabus pereunt. Sed quid adhuc?*[5] *veniamus ad deteriora: totius etatis & ordinis viros,*[6] *id est pueros, adolescentes, iuvenes, senes, nobiles, servos, &,*[7] *quod peius & impudentius est,*[8] *clericos & monachos, & heu! proh dolor! &,*[9] *quod ab initio non dictum neque auditum est, episcopos, Sodomitico peccato deludunt, &*[10] *etiam unum*[11] *episcopum*[12] *sub hoc nephario peccato iam*[13] *crepuerunt.*[14] *Loca vero*[15] *sancta*[16] *innumerabilibus modis*[17] *contaminant*[18] *& destruunt, & peiora eis*[19] *minantur. Et ad hec quis non plangit? quis non compatitur? quis non horret? quis non orat? nam pene tota terra ab*[20] *Iherusalem usque ad*[21] *Greciam, & tota Grecia*[22] *cum suis regionibus superioribus,*[23] *que sunt Capadocia minor, alia*[24] *maior, Frygia, Bithinia, minor*[25] *Frygia, id est Troia, Pontus, Galatia, Lidia,*[26] *Pamfilia, Ysauria, Licia, & insule principales Chios & Mitylena,*[27] *& multe alie regiones & insule, quas*[28] *non valemus modo*[29] *enumerare,*[30] *usque Thracias,*[31] *ab eis iam*[32] *invase sunt,*[33] *& fere*[34] *iam nichil*[35] *remansit nisi Constantinopolis, quam ipsi minantur citissime*[36] *nobis auferre,*[37] *nisi auxilium Dei & fidelium christianorum Latinorum cele-*

1 *Sic* (D), pro salute *ceteri codices*; — 2 ille (D); — 3 vero (Vr); — 4 Hymnum ... valent *d. in* (Mo); — 5 quid ad hec quod ? (C); — 6 viros *d. in* (Br); — 7 & *d. in* (Pd); — 8 est & impudentius (C, Br, Mo); — 9 & *d. in* (Br, G, M, M', Mo, R, V); — 10 & *d. in* (V); — 11 unum *d. in* (B), episcopum *d. in* (C); — 12 iam *d. in* (X); — 13 Sed quid .... crepuerunt *d. in* (Vr); — 14 vero *d. in* (Vr); — 15 episcopum *d. in* (M, M', Mo, Pd, R); — 16 sancta *d. in* (D, Pd, Pg); — 17 malis (D), modis innum. (Vr); — 18 certaminant (R); — 19 hiis (Vr); — 20 in Iherusalem (D, Pd, Pg); — 21 ad *add.* (Mo); — 22 Grecia *d. in* (Br); — 23 super. reg. (Vr); — 24 & (Vr); — 25 *sic corr.* (M), maior *cod.*; — 26 Libia (G, H, M, Pg, Vr), Licia (Br); — 27 Militena (G, H, Pg, Mo); — 28 que (D); — 29 modo *d. in* (Pc); — 30 computare (D, Pd, Pg); — 31 Troiam (D); — 32 iam ab eis (Br); — 33 invasa sunt (D, G, Pg, Vr); — 34 vere (Vr); — 35 nichil iam (R); — 36 rectissime (Pc); — 37 auferre nobis citiss. (Mo).

riter [1] *nobis* [2] *subvenerit.* [3] *Nam & [4] Propontidem,* [5] *qui &* [6] *Avidus* [7] *dicitur, & ex Ponto iuxta eamdem* [8] *Constantinopolim* [9] *in Mare Magnum decurrit, cum ducentis navibus invaserunt, quas Greci, ab eis* [10] *predati,* [11] *fabricaverunt, & remigiis,* [12] *velint nolint, deducunt, & minantur, tam per terram quam per eamdem Propontidem,* [13] *Constantinopolim,* [14] *ut diximus,* [15] *velociter capere. Hec pauca* [16] *de innumerabilibus malis, que hec impiissima* [17] *gens agit, diximus & scripsimus* [18] *tibi, comes Flandrensium! christiane fidei amator! cetera vero ob fastidium legentium* [19] *dimittamus.* [20] *Igitur, pro Dei amore,* [21] *& pro* [22] *omnium* [23] *Grecorum* [24] *christianorum* [25] *pietate,* [26] *rogamus ut quoscumque* [27] *fideles Christi bellatores, tam maiores quam minores cum mediocribus, in terra* [28] *tua adquirere poteris, ad auxilium mei & Grecorum christianorum, huc deducas, & sicut Galiciam* [29] *& cetera Occidentalium regna, anno preterito, a* [30] *iugo paganorum aliquantulum liberaverunt, ita & nunc,* [31] *ob salutem animarum suarum, regnum* [32] *Grecorum liberare temptent, quum* [33] *ego, licet* [34] *imperator, nullum tamen* [35] *michi remedium,* [36] *neque* [37] *idoneum consilium scio invenire, sed semper a facie Turcorum & Pin-*

1 Velociter (C, G, H, M, Pg, Vr); — 2 nobis *add.* (Br); — 3 subvenit (D); — 4 & *d. in* (D, G, Pc, Pg); — 5 Perpontidem (C, Mo, X), Perpontium (M'); — 6 & *d. in* (B); — 7 aridus (M); — 8 eamdem *d. in* (Vr); — 9 Constantinopolim *d. in* (Br); — 10 ab eis *d. in* (V); — 11 depredati (D); — 12 remigij (V); — 13 Perpontidem (M'); — 14 Constantinopolim *d. in* (R); — 15 ut diximus *d. in* (Vr); — 16 plura (D); — 17 piissima (R); — 18 ut diximus scripsimus (Br); — 19 legentium fastidium (D); — 20 dimittimus (B, M'), dimisimus (Vr); — 21 nomine (M); — 22 pro *d. in* (H); — 23 omnium *d. in* (M', X); — 24 Grecorum *d. in* (Br, Pd); — 25 christianorum *d. in* (D); — 26 pietate christianorum (B, C, G, M', Pg, V, X); — 27 quosque (D); — 28 intra tua (D); — 29 Galatiam (B, C, D, G, H, M', Mo, Pd, Pg, V, Vr, X), christianorum .... Galiciam *d. in* (Br); — 30 a *d. in* (R); — 31 nunc *d. in* (M'); — 32 regno (M); — 33 *sic* (Br), *ceteri* quoniam; — 34 *sic* (Pc), *ceteri* quamvis; — 35 tamen *d. in* (Vr); — 36 remedium michi (Vr); — 37 atque (D).

cinatorum [1] *fugio,* [2] *& tamdiu in singula civitate* [3] *maneo, donec adventum eorum* [4] *prope sentio, & melius esse subiectus* [5] *vestris Latinis* [6] *cupio, quam paganorum ludibriis.* [7] Ergo, *antequam capiatur ab eis* [8] *Constantinopolis, certare totis viribus maxime* [9] *debetis, ut gloriosam & ineffabilem mercedem* [10] *in celo gaudentes* [11] *recipiatis.* [12] *Nam melius est ut* [13] *vos habeatis Constantinopolim quam pagani,* [14] *quia in ea habentur reliquie pretiosissime* [15] *Domini, id est:*

Statua, *ad quam ligatus fuit;* [16]
Flagellum, *a quo* [17] *fuit flagellatus;*
Clamys *coccinea, qua fuit indutus;*
Corona spinea, *qua fuit* [18] *coronatus;*
Harundo, *quam, vice sceptri, in* [19] *manibus tulit;* [20]
Vestimenta, [21] *quibus ante Crucem exspoliatus* [22] *fuit;*
Pars *maxima* Ligni sancte [23] Crucis, *in quo* [24] *crucifixus fuit;* [25]
Clavi, *quibus* [26] *affixus fuit;*
Linteamina, *post resurrectionem eius* [27] *inventa in sepulcro;* [28]
Duodecim cophini fragmentorum ex [29] quinque panibus & duobus piscibus;
Caput *cum* capillis *integrum* [30] *&* barba sancti Iohannis Baptiste;

1 Pincinatorum *d. in* (D); — 2 fugio & Pincinatorum (R); — 3 urbe (Vr); — 4 eorum adventum (B); — 5 subiectus esse (C, D, G); — 6 vestris Latinis subiectus esse (R); — 7 delubriis (C, G, M, M', X); — 8 ab eis capiatur (D); — 9 maxime *d. in* (D, Vr); — 10 misericordiam (D); — 11 gaudentes *d. in* (Br, Vr); — 12 recipiatis gaudentes (R); — 13 ut *d. in* (D, M); — 14 paganos (D); — 15 pretiosissime reliquie (B, Br, C, D, G, Mo, Pd, Pg, Vr); — 16 fuit ligatus (B, Br, G, M, M', X), flagellatus fuit (C); — 17 unde (Br, D, M, V), quo (V); — 18 fuit *d. in* (Vr); — 19 in *d. in* (M); — 20 tenuit in manu sua (R); — 21 *Vestes* (C, M, Vr); — 22 spoliatus (M, Vr); — 23 sancte *add.* (Vr); — 24 qua (Pg); — 25 fuit crucifixus (B, Pg); — 26 quibus ante .... *Clavi* quibus *d. in* (Br), *Clavi* ... fuit *d. in* (M); — 27 eius *d. in* (M); — 28 in sepulcro inventa (M); — 29 de (Br, M); — 30 integrum cum capillis (Br).

Reliquie *vel* [1] corpora *multorum* [2] ſanctorum [3] Innocentium, *quorumdam prophetarum ac* [4] *apoſtolorum, martyrum & maxime* [5] ſancti Stephani, *protomartyris, & confeſſorum ac* [6] *virginum, que, ob nimium incrementum, ſcribere* [7] *ſingulariter* [8] *intermiſimus.* [9]

Que tamen omnia predicta [10] *chriſtiani magis quam pagani habere debent;* [11] *& munimen magnum erit omnibus chriſtianis, ſi* [12] *hec omnia habuerint, detrimentum vero & iudicium,* [13] *ſi perdiderint. Quod ſi ob hoc certare noluerint,* [14] *& aurum magis amaverint, in ea plus invenient* [15] *quam in toto mundo; nam ſoli theſauri eccleſiarum Conſtantinopolis habundant* [16] *in auro, argento,* [17] *gemmis & lapidibus pretioſis, & pannis ſericis &* [18] *palliis* [19] *que* [20] *ſufficere poſſint* [21] *omnibus mundi* [22] *eccleſiis, quos tamen* [23] *omnes theſauros ineſtimabilis* [24] *theſaurus matris eccleſie, ſcilicet* [25] *Sancte Sophie, id eſt Dei Sapientie, ſuperat, & abſque dubio theſauris* [26] *templi Salomonis coequari poſſit.* [27] *Quid iterum* [28] *de infinito nobilium theſauro* [29] *dicam, cum theſaurum negotiatorum ruſticorum nemo eſtimare poſſit? Quid* [30] *invenitur in preteritorum* [31] *imperatorum theſauris? Pro certo* [32] *dico,* [33] *non erit lingua que illum*

1 Et (D); — 2 multorum *d. in* (D, Pg); — 3 ſanctorum *add.* (Vr); — 4 & (M); — 5 maxime *d. in* (Pd); — 6 & (M, Vr); — 7 ſcribere *d. in* (Br), ſingulariter *d. in* (C); — 8 ſingulariter ſcribere (D, B, G, Pd, V, Mo, Pg, Vr); — 9 intermiſimus *d. in* (D), obmiſimus (Vr); — 10 ſupradicta (Br, Pc), predicta *d. in* (D), predicta omnia (B, R, V), que omnia (Vr); — 11 habere debent *d. in* (C); — 12 erit eis ſi (Vr); — 13 iudicium *d. in* (D); — 14 nam ſi hoc .... noluerint (D); — 15 aurum *add.* (M, Mo); — 16 habundant *add.* (Br); — 17 argento, auro (G, M, M', X); — 18 id eſt (C, G, M, Pg, Vr, X); — 19 & ceteris palliis (D); — 20 que *add.* (Br); — 21 poſſent (Vr), poſſunt (M'); — 22 mundi *d. in* (Br, R); — 23 cum (D, Br); — 24 ineſtimabiliter (D, M); — 25 ſcilicet *d. in* (C, D, Pc, Pg, R, V, Vr); — 26 theſauro (M, Br, Pd); — 27 *hic* theſauris *ponit* (Vr), poſſit (Pc), poteſt *cet. cod.*; *hic quamdam indicat Cangius lacunam, qua noſtri non laborant codices*; — 28 quid iterum *d. in* (D); — 29 theſauro nobilium (B, D, Pg); — 30 tamen *add.* (Vr), iterum .... quid *d. in* (Pc, Vr); — 31 in pretorio de (Br); — 32 certe (X); — 33 dico *d. in* (Mo, R).

recitare[1] *valeat;*[2] *quoniam*[3] *non solum*[4] *Constantinopolitanorum imperatorum*[5] *ibi thesaurus habetur; sed*[6] *omnium*[7] *antiquorum Romanorum imperatorum thesaurus ibi est translatus,*[8] *& in palatiis absconditus. Quid amplius dicam? quod certe*[9] *patet oculis*[10] *hominum,*[11] *nichil est quantum*[12] *ad illud*[13] *absconditum. Currite ergo cum tota gente vestra, & ex omnibus*[14] *viribus vestris*[15] *certate! ne talis thesaurus in manus*[16] *Turcarum & Pincinatorum*[17] *cadat: quia dum*[18] *sint infiniti,*[19] *adhuc*[20] *lx*[21] *millia expectantur cotidie,*[22] *& timeo*[23] *ne per illum*[24] *thesaurum paulatim nostros*[25] *seducant cupidos*[26] *milites, quemadmodum Iulius Cesar olim*[27] *fecit, qui regnum Francorum cupiditate invasit, & quomodo*[28] *Antichristus, capturus*[29] *totum mundum, in fine*[30] *mundi*[31] *est acturus. Agite ergo! dum tempus habetis, ne christianorum regnum, &, quod maius*[32] *est, Domini perdatis sepulchrum,*[33] *& inde non iudicium, sed mercedem*[34] *habeatis*[35] *in celum.*[36] *Amen.*[37]
Explicit epistola.[38]

1 Reticere (Mo); — 2 valeat recitare (Br); — 3 quem (X); quia (Vr), quom (C); — 4 est *add.* (Br); — 5 C. P. imperatorum (Br); — 6 sed *d. in* (B); — 7 omnium etiam (B); — 8 ibi est thesaurus (B, C, G, H, M, Mo, X), thesaurus & translatus (D), thesaurus habetur.... thesaurus & *d. in* (Br, Pg); illuc translatus est thesaurus (Vr); — 9 certe quod (Br); — 10 oculis patet (Br); — 11 omnium (Mo); — 12 quantum *d. in* (Vr); — 13 quod non sit illic (D); — 14 ex omnibus *d. in* (D, M, Pc, Pd), ex *d. in* (C); — 15 vestris viribus (D, M), vestris *d. in* (Vr); — 16 manibus (D, M); — 17 & Pincinatorum *d. in* (D); — 18 cum (B, M), cum sint *d. in* (D); — 19 sunt infinita (C); — 20 quorum millia sunt infinita & adhuc (G, Vr), adhuc *d. in* (C); — 21 xl (Pc); — 22 cotidie *d. in* (Br), cot. exp. (Vr); — 23 unde timemus (Vr); — 24 dictum (Br); — 25 nostros paulatim (D, Pd, X); — 26 cupidi (Vr), cupidos *d. in* (R, M'); — 27 fecit olim (Vr), olim *d. in* (R, M'); — 28 quoniam (C, D); — 29 capturus *d. in* (Br); — 30 *sic* (M, Mo, Vr), *cet.* finem; — 31 seculi (Br); — 32 magis (B, C, D, Mo, Pd, X); — 33 Domini sepulchrum a vobis auferatur (Br); 34 ut de subventione mercedem (Vr); — 35 habeatis mercedem (Mo); — 36 in celis in perpetuum (C, V), in celo (Vr); — 37 Amen *d. in* (B, D, Pd, Pg, Vr); — 38 Explicit epistola *add.* (B, Pd, Vr).

circa 1120 II

WILLELMUS MALMESBURIENSIS,

Gesta regum Anglorum, IV, c. 356.

[Ed. Engl. Hist. Soc., p. 550.]

. . . . . . Est in ea civitate [C.P.]:

Lignum Domini ab Helena de Hierosolymis translatum. Requiescunt ibi: apostoli, *Andreas*, *Iacobus*, frater Domini, *Matthias*; prophete, *Eliseus*, *Samuel*, *Daniel* & alij plures; evangelista *Lucas*; martyres innumerabiles; confessores, *Iohannes Chrysostomus*, *Basilius*, *Gregorius Nazianzenus*, *Spiridion*; virgines, *Agatha*, *Lucia*; omnesque . . . sancti, quorum corpora illuc . . . imperatores convehere potuerunt . . . . . .

circa 1150 III

Relliquiæ Constantinopolitanæ.

[Lond., Brit. mus., *Cotton.* Claudius A IV (s. XIII), f. 188. — Cambridg., Univ. Coll., Mm. V 29 (s. XII), f. 159 v°.]

He sunt relliquie que apud Constantinopolim, in capella imperatoris, monstrantur:

Crux dominica, & eiusdem *Crucis tria frusta*; *Clavus*[1] quo crucifixus est in Cruce Dominus; *Corona de spinis* qua coronatus est. *Sudarium* quod fuit super caput eius, & *Lintheum* quo precinctus fuit quando lavit pedes discipulorum; *Collarium* ferreum, quo astrictum fuit collum eius dum flagellaretur, ad columnam ligatus; *Harundo*, qua percussum est caput eius; *Pera* dominica & *littere* quas in eadem scripsit Dominus, que pera cum litteris consignata est signo imperatoris in capsula aurea; & in

1 Clavis (*Camb.*).

alia capsula est *Mantile*, quod, visui Domini applicatum, imaginem vultus eius retinuit; [1] *Pelvis* marmorea, in qua lavit pedes discipulorum.

Monstratur etiam: cristallina *Fiala*, in qua (ut [2] dicunt) *de Sanguine Domini* habetur; *Lancea*, qua latus eius perforatum est; *Lapis*, qui suppositus fuit capiti eius in sepulchro; *de vestimento Domini; sandalia Genitricis Domini* & *zona* eius ibidem: *caput s. Pauli* apostoli; [3] *caput s. Iacobi* apostoli, cum brachio eiusdem; *caput s. Matthei; manus s. Iohannis Baptiste* dextera, cum brachio: *manus s. Stephani* prothomartiris; *caput s. Simeonis; caput s. Andree; caput s. Thome; caput s. Luce* evangeliste. [4]

In ecclesia S. Iohannis Baptiste:

Occipitium capitis eius & *caput s. Zacharie*, patris eius, cum *manu* dextera.

In ecclesia S. Georgij:

Brachium eius cum *manu* dextera. [5]

In ecclesia S. Sophie:

Sanguis s. Pantaleonis, cum lacte mixtus.

In ecclesia Apostolorum:

Passus s. Petri in marmore [6] Pario, & sepultura s. Constantini imperatoris & sancte Elene, matris eius, & aliorum imperatorum; *purpurea Clamis*, qua indutus fuit Christus; *Lignum* quod fuit sub pedibus eius pendentis in Cruce; *Soculares* Christi; *os femoris s. Gregorij* & unum *os s. Marie Egyptiace; brachium s. Stradij; caput s. Martini; caput s. Basilij* & *os pectoris s. Iohannis Baptiste, capita sanctorum Cosme* & *Damiani; capita sanctorum Stephani* & *Theodori* martirum; *brachium s. Diomedis; brachium s. Fortunati; brachium s. Quiriaci* martiris; *caput s. Pantaleonis* martiris. [7]

1 Retinet (*Camb.*); — 2 vere (*Cott.*); — 3 caput . . . apostoli *d. in* (*Cott.*); — 4 *Hæc omnia alio disponit ordine* (*Camb.*); — 5 Brachium . . . . dextera *d. in* (*Cott.*), *qui in hac ecclesia ponit* caput s. Zachariæ; — 6 mari (*Cott.*); — 7 martiris *d. in* (*Cott.*).

1157 IV

NICOLAUS THINGEYRENSIS,

Catalogus reliquiarum C.P.

[*Antiquités Russes*, II, p. 416.]

I Miklagardi er kirkja er heitir Aegisif; í theirri kirkju er:
Crofs Drottins sá er Elena drottning hafdi thángat.
I borg theirri hvila their:
Philippus ok *Iacobus;*
Lucas ok *Thimotheus*, ok
En *hægri hænd s. Stephani;*
Kyrtill Drottins várs;
Hæfut Iohannis baptiste, ok
Hæfud Abrahams, Isaaks, Iacobs.
Etta sù er Drottinn var í lagidr.
I Miklagardi, í pollutum enum fornum, er:
Rit that er Drottinn várr reit seálfr sínum hœndum;
Spjót ok *Naglar;*
Thorngerd;
Mættull;
Svipa;
Ker;
Kyrtill;
Skónudr;

In Constantinopoli est ecclesia, que vocatur Hagia Sophia, in hac ecclesia sunt:
Crux Domini *quam Helena regina attulit.*
In urbe illa requiescunt:
Philippus & Iacobus;
Lucas & Timotheus, &
Dextera sancti Stephani;
Tunica N. Domini;
Caput Iohannis Baptistæ, &
Capita Abraham, Isaac, & Iacob;
Presepe *ubi positus fuit Dominus.*
In Constantinopoli, in palatiis antiquis, sunt:
Litteræ *quas Dominus scripsit propriis manibus;*
Lancea & Clavi;
Corona spinea;
Chlamys;
Flagellum;
Vas;
Tunica;
Soculares;

Stein, er undir hœfdi Drottins var í leidi, ok	Lapis, *qui in ſepulcro ſub capite Domini erat;*
Likblæjur med *Sveitadùk*, ok *Blódi Criſts;*	Faſciæ *cum* Sudario *&* Sanguine Chriſti;
Munlaug ſú, er hann thó í ſætr poſtula ſinna, ok	Pelvis, *in qua pedes lavit apoſtolorum.*
Dúkr ſá er hann therdi medr;	Linteum *quo eos deterſit;*
Gyrdill ſancte Marie med *ſtaf* hennar;	Zona ſ. Mariæ *cum* baculo *eius;*
Hæfut Iohannis Baptiſte, armlegrinn ok *hender;*	Caput Iohannis Baptiſtæ; brachium *eius &* manus;
Vændr Moyſi;	Virga Moyſis;
Kuſl ſancte Helene;	Chlamys ſ. Helenæ;
Armleggr ſancti Andree apoſtoli, ok	Brachium ſ. Andreæ *apoſtoli, &*
Hænd ſ. Philippi apoſtoli;	Manus ſ. Philippi *apoſtoli;*
Hæfut Lùce evangeliſte;	Caput Lucæ *evangeliſtæ;*
Hæfut Theodori martiris;	Caput Theodori martyris;
Hæfut Thome apoſtoli med *fingri* hans;	Caput Thomæ *apoſtoli cum* digito *eius;*
Hæfut Gregorij, erkibiskups ens mikla Ermlands;	Caput Gregorij, *archiepiſcopi Armeniæ maioris;*
Hár Gregorij Nazianzeni;	Capilli Gregorij *Nazianz.;*
Klædi Demetrij martiris;	Veſtes Demetrij *martiris;*
Stóll David konúngs;	Thronus David *regis;*
Beiſl Conſtantini konúngs;	Frenum Conſtantini *regis;*
Blód Pantaleonis martiris, med *mjólk*, er or ſárinu rann, er hann var hœgvinn;	Sanguis Pantaleonis *martyris, cum* lacte *qui ex eius trunco decollato manavit;*
Af *hændum ſancti Petri* nokkurr hlutr;	*De* manibus ſ. Petri *fragmenta quædam;*
Silfrkroſs jafnlángr líkama Criſts;	Crux argentea *æqualis ſtaturæ Chriſti;*
Eirbláſtrarhorn iij, thau er	Tres ex tubis *quas* Ioſue,

Ioſue lèt thjóta vij daga, fyrr en fèlli borgin Hiericho;
Steinn, ſá, er lá yfir brunni, tha er Drottinn mælti vid *Samverſka* konu.
Silfrkroſs gylldr med gimſteinum, thann kroſs lèt Conſtantínus konúngr gera í líking theſs kroſs er hann ſá í himni;
Likneſki ſancte Marie med Ieſù Chriſtó ſyni hennar; that likneſki ſtakk nockurr Gydingr med knífi í barkam, ok rann or blód.

Thar hvílir ok:

Iacobr, brodir Drottins, ok *Simeon,* er bar Criſt til altaris med fórnum;
Zacarias, fader Iohannis baptiſte, oc
xij vanhdlaupar, er poſtular báru;
Aux Noa, er hann ſmidadi med œrkina;
Hæfut Mathie apoſtoli.

Thar hvílir:

Conſtantinus konúngr hinn mikli, ok *Helena,* modir hans, ok margir adrir keiſarar.

I Miclagardi eru:

Reifar their, er Criſts var vafidr í, ok

per dies vij, ſonare iuſſit, priuſquam urbs Iericho cecidiſſet.
Lapis, *qui erat ſuper fontem, ubi Dominus locutus eſt cum Samaritana.*
Crux argentea, *inaurata & lapidibus ornata, quam rex Conſtantinus fieri curavit, ad effigiem iſtius quam viderat in cælo;*
Imago ſ. Mariæ *cum Ieſu Chriſto, filio eius; cuius iugulum Iudeus quidam cultello vulneravit, & manavit ſanguis.*

Hic requieſcunt quoque:

Iacobus, *frater Domini &* Simeon *qui portavit Chriſtum ad altare, cum oblatis;*
Zacharias, *pater Iohannis Baptiſtæ, &*
xij cophini, *quos apoſtoli portaverunt;*
Securis Noe, *quacum arcam fabricavit;*
Caput Matthiæ *apoſtoli.*

Hic requieſcunt:

Conſtantinus, *rex magnus, &* Helena, *mater eius, & multi alij imperatores.*

In Conſtantinopoli ſunt:

Panni, *in quibus Chriſtus involutus eſt, &*

Gull that, er enir fjœlkyngu færdu, oc margkyns heilagr dómr annarr.

Aurum, *quod reges ei attulerunt, & multa alia sanctuaria.*

1171 V

GUILLELMUS TYRIUS,

Historia belli sacri, XX, cap. 23.

[*Recueil des Hist. des Croif.*, I, p. 985.]

...... [Manuel, Amalrico regi, in magno palatio] sanctorum reliquias, dispensationis quoque Domini nostri Iesu Christi preciosissima argumenta, exponi iubet, videlicet:

Crucem; Clavos; Lanceam; Spongiam; Arundinem; Coronam spineam; Syndonem; Sandalia ......

c. 1190 VI

Descriptio sanctuarij Constantinopolitani.

[Roma, Bibl. Vatican., *Reg. Christ.*, 712, f. 91 v°. — Parif., Bibl. nat., lat. 6186 (Colbert 6322), f. 117 v°.]

Hoc est sanctuarium quod in capella imperiali Constantinopolim (*sic*) ad [1] presens continetur:

Virga, videlicet [2] que in Rethina, xv mansione Israel, in manu tenentis [3] Aaron, fronduit, floruit, & amigdala

1 Ad *d. in* (P); — 2 videlicet *d. in* (P); — 3 in .... tenentis *d. in* (P).

peperit; amigdalina enim erat. *Pars summa vitalis Ligni; Arundo & Spongia;* ac *spinea Corona* Christi; *Lancea.*[1]

Clavi, ad minus duo, abscisa transcupide unius, quod (*sic*) in Gallia, apud Sanctum Dyonisium, ex dono Karoli regis, reverentissime habetur; tercius, inquam, cum *tenaliis* quibus devotissime Nichodemus, cum Ioseph, corpus Domini Ihesu avulsit de ligno, in capella regis Ierusalem, cum corpore ipsius Ioseph, habetur.

Item pars *Linteaminum*, quibus crucifixum Christi corpus meruit involvere iam dictus Arimatensis Ioseph, in supradicta imperiali capella continetur.[2]

Syndon enim, pars quoque Corone Christi, ex Karoli Calvi dono, habetur Carropoli Gallie.

Item *Manutergium*, regi Abgaro, a Domino, per Thadeum apostolum, Edesse missum, in quo ab ipso Domino sua ipsius transfigurata est ymago.

Pars interioritatis magna *Dominici sepulchri; clamis Helye*, quam in sublatu eius discipulus ipsius sibi detinuit Helyseus; *pars Innocentium* plurima, translata de Iudea.

Sex apostoli: Andreas, translatus de Achaya; *Iacobus*, frater Domini, translatus de Ierusalem; *Philippus*, translatus de Ierapoli; *Symon & Thadeus*, translati de Perside; *Mathias*, adhuc carnis tegmine tectus, translatus de Palestina, licet haberi dicatur Treveris.

Mentum cum *genis, occiput*que Iohannis Baptiste;[3] *caput Iacobi minoris; caput iusti Symeonis; caput Zacharie*, patris Iohannis Baptiste, quorum duorum in eadem urbe requiescunt[4] *corpora*.

1 Ac lancea Christi (P); — 2 item .... continentur *ante* Ioseph .... habetur, *in* (R) *ponuntur*. 3 Baptiste Ioannis (R); — 4 quiescunt (R).

1200 VII

ANTONIUS,

Novgorodensis archiepiscopus,

Liber qui dicitur Peregrinus, seu descriptio ss. locorum cæsareæ civitatis.

[Ed. Paulus Sawaitov, Petroburgi, 1872, in-4.][1]

Ex rutena, a R. P. J. Martinov, S J, *latine versa.*

Enarratio de locis sanctis & imaginibus thaumaturgis, deque aliis mirabilibus rebus, quæ sunt in cæsarea civitate; quod erat in S. Sophia, antequam capta fuerit ab impiis Latinis. Scriptum est instructionis & admirationis causa, pro omnibus christianis. Benedic, Pater![2]

[S. SOPHIA.]

Ego, indignus & humilis peccator,[3] Antonius, archiepiscopus Novgorodensis, Dei misericordia, & auxilio s. Sophiæ, quæ Sapientia est Verbumque æternum,[4] ad regiam civitatem pervenimus, omnes sani, & introivimus in magnam catholicam & apostolicam ecclesiam, eamque primum[5] venerati sumus, deosculantes duas *tabulas Dominici Sepulchri*, necnon eiusdem *sigilla* vidimus,[6] & Text. rutl. col. 55

1 Sub titulo: « *Putesche stvie novgorodskago archiep. Antonia v Tsargrad.* » Recentius autem, alio usus codice, longe præstantiore, sed mutilo, qui in Bibl. regia Hauniensi servatur, clariss. professor & academicus Ismaël Sreznevski, fragmentum satis amplum eiusdem opusculi edidit in *Spicilegio Academiæ Petropolitanæ* (*Sbornik*), 1875, XII, pp. 340-349, cuius lectiones sub littera (H) infra damus. — 2 Procemium istud, pro titulo in (H) positum, deest in textu Pauli Sawaitov (S); — 3 & qui multum peccavi (H); — 4 & divinum *add.* (H); — 5 & primum quidem S. Sophiam (S); — 6 vidimus *d. in* (S).

imaginem ss. Dei Genitricis Christum gestantis, qui cultello cuiusdam Iudæi, Ierosolymis,[1] in faucibus perculsus, sanguinem emiserat: quem *sanguinem ex* dicta *imagine lapsum*, in sanctuario minori ipsimet vidimus exsiccatum.[2]

In S. Sophia, in sanctuario, exstant *sanguis* & *lac*[3]
s. martyris[4] *Pantaleonis*, in formam cuiusdam ramusculi
56 dispoſita, inter se tamen minime commixta; præterea,
caput eiusdem, & *caput Quadrati* apostoli, & aliorum sanc-
torum reliquias multas, & *capita Hermolai*[5] & *Stratonici;*
brachium Germani quod patriarchis ordinandis imponitur;
57 Salvatoris *imago* illa quam mari commiserat Germanus,
Romam de navi [demissam];[6] item *Catinum parvum mar-*
moreum[7] quo usus est Christus, quum Cœnam cum dis-
58 cipulis celebravit, feria quinta maiori; *Fasciæ Christi* &
vasa aurea a Magis[8] Christo cum muneribus *oblata; dis-*
cus sacrificij magnus, argenteus, ab Olga Russica, magna
ducissa, quæ illum donavit pontifici in usus sacrificij,
quando in cæsaream urbem venit, ut baptizaretur.[9] (Est
59 porro Constantinopoli suburbium parvum, Isſpigas dic-
tum [Εἰς Πηγάς], & a Iudæis inhabitatum.)[10] In disco
illo Olgæ,[11] lapis quidam pretiosus est, cœlatam exhibens
Christi effigiem, cuius signacula impressa desumuntur
ad quasvis gratias obtinendas; desuper autem discus
margaritis ornatus est.

1 Ierosolymis *d. in* (S); — 2 deosculati sumus (S); — 3 & lac *d. in* (H); — 4 martyris *d. in* (H); — 5 & .... capita *d. in* (S); — 6 sine navi deferendam (S); — 7 Germanus, quamque servavit mare; item *tabula* in qua Christus cenam(S); *russicæ voces quæ verbis:* « servavit mare » *redduntur, cum istis quæ* « Catinum marmoreum » *referunt, consonant, & a scriba codicis* (S) *confusæ sunt*; — 8 a Magis *d. in* (H); — 9 magna ... baptizaretur *d. in* (H), *qui habet:* « donatus, quæ C.P. ad tributum percipiendum venerat (S); » — 10 Est .... inhabitatum *d. in* (H), *qui habet:* « Vidimus ibi *Catinum*, lapideum dictum, in regione Ispigas, ex parte Palestinæ; » — 11 Olgæ *deest in* (H).

In eodem sanctuario servantur *currus Constantini & Helenæ*, ex argento facti;[1] item lances quædam aureæ, margaritis & lapillis ditatæ, aliæque argenteæ permultæ, 60
quæ, diebus dominicis & in festis Domini nostri, sacrificio inserviunt; habetur quoque aqua, e puteis per tubos e mari[2] veniens, & putei confecti sunt extra portam sanctuarij.[3]

Extra sanctuarium minus,[4] erecta est *crux mensuralis*, quæ scilicet *staturam* Christi secundum carnem indicat; &, pone crucem illam, requiescit Anna illa, quæ S. Sophiæ donaverat aulam suam, ubi nunc existit parvum 61
sanctuarium, & propterea ibidem est deposita.[5]

. . . .

Ulterius, ex eadem parte, reperitur ecclesia S. Petri 63
apostoli, ubi quiescit s. Theophania, custos clavium S. Sophiæ, quas deosculari solent peregrini, medendi causa,[6] & adservantur *tapetum s. Nicolai*, in aëre suspensum, & *catenæ s. Petri* ferreæ, aurea capsa tectæ.

. . . .

Ulterius, quum itur versus portam, cernitur *columna* 67
s. Gregorij thaumaturgi,[7] laminis æreis cooperta.

. . . .

Supra portam Paradisiacam [S. Sophiæ], in parte supe- 68
riori,[8] depinctus est in magna tabula Leo Sapiens, cæsar, cuius fronti lapis pretiosus inest, totum templum Sophianum fulgore suo illuminans tempore nocturno. Nos autem interrogavimus cur sit depictus, & a clericis edocti sumus quod Leo cæsar sumpserat Babylonem.[9]
Cæsar iste repererat, in tumulo s. Danielis prophetæ, char- 69

1 Factus (S); — 2 e mari *d. in* (S); — 3 & .... sanctuarij *d. in* (S); — 4 ibidem erecta (H); — 5 & .... deposita *d. in* (H), — 6 medendi causa *d. in* (S).

7 Thaumaturgi *d. in* (H); — 8 Paradisiacam ..... superiori *d. in* (S); — 9 Nos .... Babylonem *d. in* (S).

tam quamdam, seorsim asservandam;[1] post mortem vero eius ac post multos annos, in cæsaream urbem illata est, & a philosophis in linguam græcam translata, in qua scripta fuerant nomina imperatorum Græcorum.[2]

Ad portam Regiam, *romanistum* æreum est, seu pessulus, quo ipsamet obseratur & clauditur; illuc homines & feminæ adducuntur, &, si quis venenum serpentis aut
70 aliud quodvis toxicum hauserit, iam nequit hunc pessulum ex ore eximere, quin prius tota morbi malitia cum saliva omnino effluxerit......

73 In magno sanctuario, super altare maius, in medio, suspensa est *corona Constantini* imperatoris, cum lapillis pretiosis & margaritis,[3] sub velo, inferius autem crux aurea[4] quædam, columbæ aureæ imminens; cæterorum porro cæsarum coronæ circa ciborium suspensæ sunt, quod totum ex auro & argento conflatum est...... Ex eodem ciborio pendent triginta coronæ minores, qui totidem denarios Iudæ in memoriam revocent christianis......

Capta Ierosolyma a Tito, multa vasa sacra & velamina ablata fuerunt Romam cum thesauris regiis, & donata ecclesiæ S. Sophiæ[5]......

76 In S. Sophia quoque servabantur *tabulæ legis* simul cum *arca* & *manna*[6]......

Tempore quo defertur splendida capsa, *Ierusalem* [dicta], cum flabellis, magnus exoritur in populo gemitus & fletus......

Sed ecce miraculum sanctum & tremendum (quod

1 Seorsim asservandam *d. in* (S); — 2 post ... Græcorum *d. in* (S), *qui habet:* « chartam quamdam, « quam philosophice interpretatus « est, omnes quotquot Constanti- « nopoli dominaturi essent, ex or- « dine recensens »; — 3 imperatoris .... margaritis *d. in* (S); — 4 aurea *d. in* (S); — 5 capta .... Sophiæ *d. in* (S); — 6 simul .... manna *d. in* (H) *qui habet*. « legis aureæ loco Mosaicarum. »

vidimus),[1] in templo S. Sophiæ: extat ibi, pone altare maioris ſanctuarij, crux aurea, ſtaturam duorum hominum ſuperans, lapidibus pretioſis & margaritis conſtans; coram ſuſpenſa habetur alia crux aurea ſeſquicubitalis, cum tribus aureis lampadibus, quæ de totidem brachiis aureis[2] dependent (quarto iam delapſo). Lampades iſtæ, brachia ſeu rami,[3] & crux a magno cæſare Iuſtino confectæ fuerunt, qui S. Sophiam erexerat;[4] porro, virtute Spiritus Sancti, lampades iſtæ cum parva cruce ſupra magnam olim[5] aſcenderunt, leniterque rurſus deſcenderunt inextinctæ[6] . . . . . .

Magnum hoc venerandumque miraculum operatus 78
eſt Deus, anno 6708 [1200], me vivente, die dominica 21 menſis maij, qua fit commemoratio ſ. Conſtantini cæſaris, & matris eius Helenæ, tempore ſcilicet imperatoris Alexij [III Angeli] & Iohannis patriarchæ, in feſto ſſ. CCCXVIII Patrum, dum ibi verſaretur Tverdiatinus Oſtromiritza, qui, ex parte magni ducis Romani, venerat legatus, cum Nedano, Domagiro, Demetrio & Nogvaro . . . . . .

In capella, pone magnum altare, muro affixa ſunt *ta-* 80
bula ſuperior Sepulchri Dominici, *Virga* ferrea, *Terebra* & *Serra*, quibuſcum crux Dominica fuerat confecta; præterea *ferrea catena* quæ *portæ carceris Petri* erat appenſa, necnon & *Lignum quod Chriſti collum tetigerat*, quodque iconi in formam crucis inſertum eſt.

Eſt etiam alia *imago Chriſti* quam Iudæus quidam in faucibus perculſit; item *tuba ærea* Ioſue qui ceperat Hiericho, & marmoreum *oſtium putei Samaritani*, iuxta

1 Quod videre erat (S); — 2 aureis *d. in* (S); — 3 brachia . . . . rami *d. in* (S); — 4 qui . . . . erexerat *d. in* (S); — 5 olim *d. in* (S); — 6 inextinctæ *d. in* (H), *qui habet:* « leniter ſine ullo ſtrepitu. » — Huc uſque fragmentum Haunienſe, quod tamen ibi addit: « Hæc omnes eccleſiæ res optimæ « ac pretioſæ avectæ fuerunt Romam, quod propter peccata noſ« tra accedit. ».

81 quem Chriſtus feminæ Samaritanæ dixerat: « Da mihi « bibere, » & unde, mediante oſtio illo, aquam hauriebant Samaritani.

Ulterius iacent *corpora ſ. Abercij, ſ. Gregorij Arme-*
82 *niæ maioris* [Illuminatoris], & *ſ. Sylveſtri; capita* item *Cyri* & *Iohannis*, aliæque reliquiæ permultæ......

[PALATIUM BUCCALEONIS.]

En quæ monſtrantur in ædibus aureis Cæſaris: *Crux* veneranda, *Corona* [ſpinea], *Spongia*, *Clavi*, iterum
86 *Sanguis*, *Chlamys purpurea*, *Lancea*, *Arundo*, *velum* Dei-
87 paræ & *zona* eiuſdem, *Camiſia Domini* & *Focale*, *Linteum* & *Socculi; caput Pauli* apoſtoli, *corpus Philippi*,
88 *caput Epimachi*, *reliquiæ ſ. Theodori Tyronis*, *brachium dexterum ſ. Iohannis Baptiſtæ*, quo coronantur cæſares;
89 eiuſdem *ferreus baculus*, cruce auctus, quo cæſari coronando benedicitur; *Linteum* faciem Chriſti repræſentans; *Ceramidia* duo, duæque *Pelves* marmoreæ, in quarum minori pedes diſcipulorum ſuorum lavaverat Chriſtus;
90 *Cruces* duæ venerabiles & magnæ; quæ omnia in ſola eccleſia parva B. Dei Genitricis reperiuntur.

In magna vero eccleſia eiuſdem palatij, ſ. Michaeli dicata, habentur ſequentia: ſupra portam altaris, *crux* quam Conſtantinus in præliis geſtabat; *una ex tubis Ioſue* qui cepit Hiericho.. In ipſo ſanctuario: *cornua arietis*
91 *Abrahæ;* tuba iſta & cornubus utetur Angelus in die ultimi iudicij. Ibidem ſunt: *lenticula* qua *Samuel* inunxerat David, *virga Moyſis* qua diviſit mare, a populo ſuo tranſeundum, Pharaone & Aegyptiis ſubmerſis: virga hæc & cornu prætioſis lapidibus ornata ſunt.

92 In parvo ſanctuario, pone altare, ſervatur *menſa*, in qua *Abraham* cum ſ. Trinitate panem comedit; item *crux de ligno vineæ*, a Noe poſt diluvium plantatæ, cui inſertus eſt *ramuſculus olivæ* quam retulerat columba......

Cancellis magni ſanctuarij appenſus eſt *clypeus Conſ-* 93
tantini . . . . . . & in eodem ſanctuario aſſervatur *pars*
chlamydis Heliæ & *zonæ* eiuſdem.

Sub regia porta veſtibuli, videre eſt marmorea *columna* 94
cui alligatus fuit *ſ. Iſidorus* martyr . . . . . . & *reliquiæ*
eiuſdem.

Multas alias reliquias in hoc palatio venerati ſumus,
inter quas *imaginem* puriſſimæ Dei Genitricis, cogno-
mento *Hodigitriam*, a b. Luca apoſtolo depictam, ſuper 95
quam, dum per civitatem & per regionem Petri patricij
defertur uſque ad Blachernas, Spiritus ſanctus deſcendit. 96

In eadem eccleſia aſſervantur *veſtis ſ. Deiparæ* & *ba-*
culus eius, argento aptatus, item *zona* quæ, in ſacello
laterali, in capſa quadam, depoſita eſt; in ſacello iſto eſt
inſuper *imago Salvatoris*, quam chriſtianus quidam Theo- 97
dorus Abrahæ iudæo oppignoraverat; item *ſepulchrum*
ſ. Simeonis Theophori.

In eadem eccleſia, ſub altari, requieſcunt *Iacobus*, fra-
ter Domini, *ſ. Zacharias* propheta, dimidia pars *Inno-* 98
centium (altera parte Hieroſolymis manente), & xij
cophini, quos panibus impleverat Chriſti benedictio,
antequam ipſemet & diſcipuli eius de his comederint;
ſunt autem *panes* muro infixi.

[ECCLESIÆ DIVERSÆ, IN URBE SITÆ.]

Ulterius fit obviam eccleſia *S. Photinæ* Samaritanæ, ubi 99
ipſius ſervantur *reliquiæ*. Inde venitur ad eccleſiam SS.
Coſmæ & Damiani, ſat magnam, in qua adſervantur
crania Acyndini & Coſmæ, argento cooperta. Ulterius 100
adhuc, verſus mare, quieſcit *ſ. Anna*, virgo, ac ſi eſſet
viva. Adhuc longius, ſupra mare, eſt eccleſia *S. Nicolai*
iunioris, cum *corpore* eiuſdem . . . . . .

In ædibus Blachernarum, in choro, iacet *ſ. Theodorus*

102 *Stratiotes*, cum clypeo & ense, supra quem posita est *imago s. Iohannis Baptistæ*, in qua servantur *capilli* eius, sigillo cæsaris obsignati; *vertex* autem, *pectus*, *digitus* unus, & *dens* unus, servantur in monasterio Studij, in ec-
103 clesia [scilicet] S. Theodori [Studitæ], una cum *corporibus Theodori* istius, & fratris eius *Iosephi*, episcopi Thessalonicensis . . . . . .
104 Ibidem habentur *capita Zachariæ* prophetæ & *Babylæ*, *facies s. Iohannis*, & multorum aliorum reliquiæ.

In monasterio Manganensi, ad *S. Georgium*, habetur
105 *pars superior capitis* huius sancti, *brachium s. Procopij* martyris, & aliæ reliquiæ . . . . . .
108 Versus Hippodromum . . . . . . in templo B. Deiparæ, ostenditur *Mensa marmorea*, in qua Dominus cum discipulis suis Cœnam celebravit, feria quinta maiori.

Porro in ecclesia Apostolorum, *Constantinus* cæsar & *Helena*, mater eius, requiescunt in eodem sepulchro;
109 retro autem servatur fragmentum marmoreum, de Roma allatum, cum *vestigiis s. Petri*, veluti in cera impressis. Ibidem in sanctuario iacent *s. Iohannes Chrysostomus* & *s. Gregorius Theologus*. Iconostasis multis reliquiis or-
110 nata est. Servantur insuper argenteæ *capsæ* trium *Anargyrorum*, *capita Iacobi* apostoli, fratris Domini, & *Matthæi* evangelistæ, cuius reliquum *corpus* requiescit extra urbem, dum cæterorum *Apostolorum corpora* in eorum-
111 dem ædibus sacris reposita sunt; sub altari quiescunt *Andreas, Lucas* & *Timotheus*; *vestimenta* autem *Apostolorum* in alia capsa, pone altare, servantur. Altare hoc in medio ecclesiæ erectum est, &, ante illud, stat *Columna* marmorea cui alligatus fuit Dominus. *Tabula* autem
112 in qua de cruce fuit depositus . . . . . . asservatur in monasterio Pantocratoris.

In eadem ecclesia [Apostolorum], est *caput s. Spiri-*

dionis, cuius *brachia* & reliquum *corpus* in ecclesia B. Virginis Hodigitriæ, sub altari, requiescunt.

In eodem templo, est *digitus s. Theodori*. *Reliquiæ s. Blasij*, cum *capite* eius & aliis reliquiis, habentur in monasterio Caloiohannis.

Monasterium Philanthropi habet *Clavum* unum *Domi-* 113
nicum, Pantepoptes autem *Cruces* venerabiles & sancto-
rum reliquias.

Ad Portam Auream, habentur sacræ *exuviæ Diomedis*. 114

Ad monasterium *Mamantis*, est *corpus* eiusdem.

Ulterius, in conventu monialium, cuius ecclesiam 115
erexerat Constantinus, repositi sunt in eodem tumulo *Carpus* & *Babylas*.

In regione vicina, quæ vocatur Triacontaphyllon, 116
permulta exstant monasteria cum reliquiis, inter quas *pars chlamydis Heliæ*......

Ulterius, *Stephanus iunior* in monasterio quodam re- 117
quiescit......

Tum occurrit S. Dei Genitrix Evergetes, in cuius 118
templo est *baculus* ferreus cum *cruce s. Andreæ* apos-
toli......

Adhuc ulterius, monasterium Mocij in cuius ædibus, 120
satis amplis, iacent sub altari *corpora s. Mocij* & *s. Sam-* 121
sonis, de cuius sepulchro stillat aqua.

Haud procul ab inde requiescit *Euthymius iunior* qui
catenas gestabat: longius, reliquiæ *Cyri* & *Iohannis*. 122

Prope, ecclesia S. Lucæ dicata cernitur, ubi mortui
sepeliuntur...... & servatur *truncus s. Anastasij*; nam 123
caput furto ablatum est. Longius, *corpus s. Demetrij*, qui vultu s. Menæ similis est.

In monasterio proximo, habentur *caput & reliquiæ* 124
s. Dij. In monasterio B. Dei Genitricis, iuxta columnam, quiescit, veluti vivus, *s. Eudocimus iunior*, in argenteo sepulchro tumulatus.

125 Iuxta Portam S. Romani quieſcunt *Daniel* propheta &
126 *ſſ. Romanus ac Nicetas.*
127 Haud procul inde, iuxta murum civitatis, viſitur *corpus Anaſtaſiæ* virginis.

Ulterius, *corpora Lauri & Flori.*

Haud procul, eſt eccleſia *S. Nicetæ*, cum *cruce* eiuſdem, & templum ſ. Georgij . . . . . .

128 Tum venit eccleſia S. Theodori Siceotæ . . . . . .

In vicinia eius, *ſ. Nicephorus*, patriarcha Conſtantinopolitanus . . . . . .

Eundo ad Blachernas, invenitur monaſterium S. Iohan-
129 nis Baptiſtæ . . . . . .

Non multum ab eo diſtat monaſterium S. Georgij, ubi *ſ. Theodorus Siceota* in tumulo argenteo repoſitus eſt; monſtratur quoque *crux* eius, ferreo *baculo* impoſita, ... cum *calice* marmoreo . . . . . .

132 Iuxta eſt eccleſia Omnium Sanctorum, ubi habentur *capita ſ. Philippi* apoſtoli & aliorum.
133 *SS. Coſmæ & Damiani exuviæ* ſunt in ipſorum laura.

Corpus quoque *ſ. Euphemiæ* in eiuſdem ædibus collo-
134 catum eſt, & hic annus decimus eſt ex quo apparuit corporaliter . . . . . .
135 *S. Theodoſiæ corpus* quieſcit in monaſterio monialium, tumulo argenteo impoſitum . . . . . .

Haud procul, *ſ. Iſaias* propheta, ſub altari reconditus . . . . . .

Deinde venit eccleſia *S. Laurentij*, cum *reliquiis* eiuſdem.

Inde aſcendendo pergitur ad Patrem noſtrum Antonium.

137 Deinde occurrit S. Paulus in Campo, & *ſ. Iohannes Calybita*, qui requieſcit iuxta portam paternæ domus,
138 cum *baculo ſuo ferreo* ac cruce ornato.

Ad eccleſiam Reſurrectionis, in regione Mauriani . . . .
141 quieſcit *ſ. pater Auxentius*, qui, non ſecus ac Stephanus

iunior, in colle residebat. Hic quoque S. Marcelli ecclesia mirabilis, ante S. Sophiam ab ipsomet erecta; ibi servantur *Clavus* unus, & aliquid *de Sanguine Dominico* . . . . .

In eadem regione, sunt *capita ss. Machabeorum.* 142

Ulterius, prope S. Georgium . . . . est ecclesia *S. Platonis*, cum *reliquiis* eiusdem & *Iohannis Eleemosynarij;* 143
item templum *S. Pauli confessoris*, cum *reliquiis* huiusce sancti.

In extrema parte regionis rusficæ, templum est *XL* 144
Martyrum, quorum una *pars* servatur hic, altera vero 145
Sebaste; hic quoque est *caput s. Anicij.*

In ecclesia *S. Procopij*, priori vicina, servatur *cranium* 146
eiusdem.

In monasterio Pantocratoris, iuxta portam posteriorem, quiescit *corpus Constantini monachi*, quasi vivum, ad portam vero anteriorem, *exuviæ s. Zoes.* 147

Iuxta, est *corpus s. Anastasiæ*, in eiusdem ecclesia, sortes & fraudes revelantis 148

Reliquiæ s. Barbaræ sunt in eiusdem ædibus . . . . . .

In ecclesia Annunciationis, quiescit *s. Romanus Cantor.* 149

Deinde occurrit monasterium *S. Basilij*, ubi servatur eius *stola*, cum *osse brachij s. Simeonis.* 150

Longius, in ecclesia *S. Stephani protomartyris*, *cranium* eius, lapidibus confractum, nunc vero resartum 151

Reliquiæ ss. Guriæ, Samonæ & Abibæ, sunt in eorumdem templo, in Placoto.

Parum ab inde est ecclesia *S. Onesimi*, cum *reliquiis* 152
sancti huius, discipuli Pauli.

Ultra Petrium, sunt reliquiæ *ss. Iuliani, Cyrici & Iulittæ* & *s. Theclæ.*

Deinde ecclesia *S. Agathonici*, cum eiusdem reliquiis. 153

In ecclesia *S. Acacij*, a Constantino ædificata, habentur *reliquiæ* eiusdem martyris, & pone altare, *sepulchrum s. Metrophanis*, protopatriarchæ Constantinopolitani . . . 154

Ex altera parte monticuli, poſita eſt eccleſia *SS. Sergij & Bacchi*, cum *capitibus* eorum, & *brachio ſ. Sergij*, ac eius *ſanguine*; item *ſanguis ſ. Epimachi*, in capſa ſervatus.

155 *Euphemia* martyr ſuam habet eccleſiam, iuxta Hippodromum, ubi & *ſepulchrum* eius argenteum, & *corpus ſ. Georgij*,

156 Iuxta Accemetas, quieſcit *corpus ſ. Iulianæ* martyris.

In templo hoſpitij *S. Samſonis*, ſervantur eius *baculus*,
157 *ſtola* & *veſtimenta; lectus* inſuper *ferreus*, in quo paſſus eſt *ſ. Oreſtes*.

In eccleſia S. Acyndini, habetur *caput ſ. Onuphrij*, & *crus* integrum *ſ. Thomæ* apoſtoli, cuius *caput* eſt ultra Petrium ...... Prope S. Sophiam, templum eſt S. Iohannis Theologi ...... cum *corpore ſ. Georgij* ......

[ECCLESIÆ EXTRA URBEM SITÆ.]

159 Ultra Iſpigas, reperiuntur *reliquiæ* & *ſanguis Eleutherij*; iuxta Iſpigas autem, *corpus ſ. Iohannis Eleemoſynarij* ...

161 In ſuburbio Iſpigas, quieſcit *corpus ſ. Anaſtaſiæ*. Eſt quoque eccleſia quædam cum *corporibus VII Apoſtolorum*,
162 Urbani ſociis, ante Conſtantinum ædificata.

Haud procul eſt monaſterium monialium, ſ. Iacobo Perſæ ſacrum, ubi ſervatur *corpus Mariæ*, virginis ſanctæ.

Ulterius cernitur eccleſia *S. Irenes*, ſatis ſpatioſa, cum eiuſdem *reliquiis; caput* vero *Irenes* reconditum eſt in alio monaſterio monialium.

In hoſpitali, ultra Iſpigas monti inſidente, requieſcit
163 *ſ. Zoticus*.

Deinde venitur ad eccleſiam Lazari pictoris, qui primus in templo S. Sophiæ pinxit, Virginem videlicet Chriſtum geſtantem, quam videre eſt in ſanctuario, & angelum utrumque.

165 Ulterius, eſt monaſterium *Martinaci*, cum eiuſdem

reliquiis, & *corpus s. Iasonis*. Deinde venit monasterium 166
S. Michaelis, ab Isaacio cæsare conditum ......

Paulo ulterius, quiescit *corpus s. Danielis stylitæ*, in 167
monte; item *corpus s. Acacij* (?) qui ipsi successit, &
corpus beatæ principissæ Xeniæ Briatchislav. Ulterius,
CCCXVIII Patres cum eorumdem *reliquiis*.

Adhuc ulterius, versus sylvam, occurrit monasterium 168
Iberorum ubi servatur *caput s. Hilarij*. *S. Sophia*, cæsaris
filia & virgo, requiescit in ecclesia monachorum .....;
in ecclesia vero monialium, *corpus Tarasij* patriarchæ...
....

Porro a Constantinopoli ad S. Parasceven pedibus 170
iter est unius diei.

Extra Portam Auream, occurrit *s. Nicolaus frontem foratus*, cuius imago tota argento deaurato cooperta est.
Antequam ad S. Parasceven deveniatur, cernuntur *corpora s. Euthymiæ* & *s. Parasceves*, quæ solemniter deferri
solent.

Ulterius, quiescit *s. Helenæ* virgo. 171

Callipoli iacet *s. pater Euthymius*.

Chrysopoli verò quiescit *s. Basilius iunior*, qui de
ultimo iudicio scripsit.

1203 VIII

ROBERS DE CLARI,

Li estoires de chiaus qui conquisent Coustantinoble.

[Ed. Riant, Paris, 1868, in-8.]

....

..... Dedens chele capele [Bucoléon], si trouva on p. 65
de moult rikes saintuaires, que on i trouva *ij pieches*

de la Vraie Crois aussi grosses comme le gambe à j homme, & aussi longes comme demie toise; & si i
p. 66 trouva on le *fer de le Lanche* dont Nostre Sires eut le costé perchié, & les *ij Cleus* qu'il eut fichiés parmi les mains & parmi les piés; & si i trouva on, en une fiole de cristal, *grant partie de sen Sanc;* & si i trouva on le *Tunike* qu'il avoit vestue, que on li despouilla quant on l'eut mené au mont de Cauvaire; & si i trouva on le beneoite *Coroune*, dont il fu corounés, qui estoit de joins marins ausi pongnans comme fers d'alesnes; & si i trouva on de le *vesteure Nostre Dame*, & le *kief monseigneur saint Iehan Baptistre*, & tant d'autres rikes saintuaires illuec [que] ne le vous porroie mie aconter, ne dire le verité. Or avoit encore autres saintuaires en chele capele, que nous vous aviesmes evliés à dire; car il i avoit ij rikes vaissiaux d'or, qui pendoient en mi le capele, à ij grosses caaines d'argent: en l'un de ches vaissiaus, si i avoit une *tuile*, &, en l'autre, une *touaile* ....

....

Or avoit encore en chele sainte capele j autre saintuaire; car il i avoit j *ymage de saint Dimitre* qui estoit peinte en une tavle; chis ymages si rendoit tant d'oile que on n'en savoit tant oster comme il decoroit de chel ymage.

....

p. 68 ..... A l'anel du grant huis du moustier [S. Sophie], qui tous estoit d'argent, si i pendoit uns *buhotiaus* que on ne savoit de quele despoise il estoit; si estoit du grant à une fleuste dont chil pasteur fleustent; ichis buhotiaus si avoit tele vertu que je vous dirai: quant uns enfers hons qui avoit mal dedens le cors, si comme d'enfle qui dedens le ventre estoit enflés, le metoit en se bouche, jà si peu ne li eust mis, quant chus buhotiaus le prenoit, se li suchoit

toute chele maladie, & chu venin li faiſoit corre hors parmi le gueule, ſi le tenoit ſi fort qu'il le faiſoit eſruullier, & li faiſoit les iex torner en le teſte, ne ne s'en pooit partir devant là que li buhotiaus li avoit ſuchié chele maladie toute hors; & avec tout chou qui eſtoit plus malades, ſi le tenoit plus longuement, & quant uns hons qui n'eſtoit mie malades, le metoit à ſe bouke, jà ne le teniſt, ne peu, ne grant.

. . . .

. . . . . . Après, ailleurs en le chité, avoit j autre mouſtier p. 69
que on apeloit le mouſtier des VII Apoſtres . . . . . . Si i jeſoient en chu mouſtier *vij cors d'apoſtres*, & s'i eſtoit le *Colombe de marbre*, où Noſtres Sires fu loiés, anchois qu'il fu mis en le crois; & ſe diſoit on que *Couſtentins*, li empereres, i jeſoit, & *Helaine*, & aſſes autre empereur.

. . . .

. . . . Et entre ches autres, en eut j autre des mouſtiers, p. 72
que on apeloit medame Sainte Marie de Blakerne, où li *Sydoines*, là où Noſtre Sires fut envolepés, i eſtoit, qui caſcuns devenres ſe drechoit tous drois, ſi que on i pooit bien veïr le figure Noſtre Seigneur, on ne ſeut on onques, ne Grieu, ne Franchois, que chis Sydoines devint, quant le vile fu priſe.

Et ſi en i avoit une autre des abeïes [Pantokrator], où li boins empereres Manuaus jeſoit, qu'il ne naſquit onques cors ſeur tere, ne ſains, ne ſainte, qui ſi rikement, ne ſi noblement jeuſt en ſepulture, comme faiſoit chis empereres en chelle abeïe; ſi eſtoit le *Tavle de marbre* où Noſtres Sires fu eſtendus, quant il fu deſpendus de le crois, & ſi i paroient encore les *lermes* que Noſtre Dame avoit plouré deſeure . . . . . .

c. 1207

IX

NICOLAUS HYDRUNTINUS,

Tractatus de Communione.

[Leo Allatius, *Examen de libris ecclesiasticis Græcorum*, in Fabricij *Bibliotheca græca* (Hamburg. 1712, in-4), V, pp. 151-152.][1]

.... Κρατηθείσης ὑπὸ τῶν Φραγκῶν τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων, καὶ πάντας τοὺς θησαυροὺς, οὐ μόνον τῶν ἀνακτόρων καὶ τῶν κοινολαϊτῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν οἴκων Κυρίου, καθώς ποτε Ναβουχοδονόσορ καὶ Ναβουζαρδὰν, ὁ αὐτου ἀρχιμάγειρος, τοὺς ἐν Ἱερουσαλὲμ ἐξερευνησάντων, καὶ ἐν τῷ σκευοφυλακείῳ τῷ τοῦ Μεγάλου Παλατίου ληστρικῶς εἰσφρισσάντων, ἐν οἷς τὰ ἅγια ἀπέκειντο, ἤγουν: τὰ τίμια Ξύλα, ὁ ἀκάνθινος Στέφανος, τὰ τοῦ Σωτῆρος Σανδάλια, ὁ Ἧλος, καὶ τα Σπάργανα, ἅτινα καὶ ἡμεῖς ὕστερον αὐτοψεὶ ἐθεασάμεθα, ἀλλαδὲ πλεῖστα εὗρον ἐχεῖσε, ὢ τῆς εὐσπλαγχνίας σου Δέσποτα! κἀκεῖνον τὸν Ἄρτον, ὃν ταῖς ἀχράντοις χερσὶν ὁ Χριστός μου τοῖς μαθηταῖς, ἐν τῷ Δείπνῳ διένειμεν, καὶ τοῦτον ἐν σκεύει τινὶ χρυσίνῳ καὶ δία μαρ-

Versio latina coæva.[2]

...... Quum capta effet a Francigenis regalis civitas, & omnes thefauros, non tantum qui erant in imperialibus domibus & comuni populo, fed & illos qui erant ecclefiarum Domini, ficut olim Nabuchodonofor & Nabuzardam, fuus archimagicus, thefauros Ierofolymorum excrutantes, & in fcevophylachium Magni Palacij tanquam latrones intrantes, ubi fancta pofita erant, fcilicet: preciofa *Ligna*, *Spinea Corona*, Salvatoris *Sandalia*, *Clavus* & *Fafcia* (que & nos poftea oculis noftris vidimus), aliaque multa invenerunt ibidem, o tue pietatis Domine! & illum *Panem*, quem in impollutis manibus Chriftus meus diffipulis in Cena divifit, & hunc in vafe aliquo aureo, quod marga

1 Cum codice mf. Bibl. Laurentianæ Florentinæ, Pl. V, 36, f. 90, a dom. Nicolao Anziani benigne collatum. — 2 Ex eod. cod.

γάρων καὶ λίθων κεκοσμημένῳ τιμίων. Ἐπὶ ᾧ καὶ ἐπιγραφὴ τὸ ἐντὸς διεσήμανε διὰ γραμμάτων ἑλληνικῶν οὑτωσὶ λέγουσα· « Ἐνθάδε κεῖται ὁ θεῖος Ἄρτος, ὃν ὁ « Χριστὸς τοῖς μαθηταῖς ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ Δείπνου διένει- « μεν, εἰπών· Λάβετε, φάγετε, τοῦτο ἐστὶ τὸ σῶμα « μοῦ. » Οἱ τοῦτον δ' εὑρόντες ὑπῆρχον, ὁ Ἀλβετανίας ἐπίσκοπος, καὶ ὁ τῆς Βηθλεὲμ ὑποψήφιος, καὶ ἄλλοι τινὲς, οἵ καὶ κατακρύψαι τοῦτο ἠβούλοντο.

retis & lapidibus preciosis paratum erat, in quo & suprascriptio intererat, significabat (*sic*) per litteras grecas, ita dicentes : « Huc est sanctus « panis quem Christus dissipulis in hora Cene divisit, dicens : Accipite, « comedite ; hoc est corpus meum. » Qui vero hoc invenerunt, fuerunt Albestanie episcopus & Bethleem electus, & alij quidam, qui & abscondere putabant hoc.

B

TESTIMONIA

DE

EXUVIIS SACRIS CONSTANTINOPOLITANIS

IN OCCIDENTEM SÆC. XIII TRANSLATIS.

I

DE RELIQUIIS IN GALLIAM ADVECTIS.

a) *Reliquiæ ante annum 1239 allatæ.*

1. RIGORDUS,

Gesta Philippi Augusti (- 1208).

[*Recueil des Hist. de la France*, XVII, pp 59-60.]

ANNO Domini 1205, Philippus, rex Francorum, in pignus caritatis & dilectionis, ecclesie S. Dionysij Areopagite contulit pretiosissimas reliquias, quas Balduinus, imperator Constantinopolitanus, de Sancta Capella imperatorum, quam *Os Leonis* vocant, cum timore & reverentia, premissis ieiuniis & orationibus, acceperat, scilicet: *de s. Cruce* in qua Salvator mundi pependit ad

LES GRANDES CHRONIQUES DE FRANCE.

[Ed. P. Pâris, t. IV.] [1]

p. 133 *En l'an de l'Incarnation mil deux cens & cinq, donna le roy Phelippe à l'eglise de Saint-Denis en France, en aliance d'honneur, d'amour & de charité, précieuses reliques que l'empereur Baudouin avoit prises en grant révérence en Constantinoble, en la chapelle des empereurs qui est nommée*

1 Cf. *La Mer des Histoires*, P., 1488, in-f., II, f. 89.

quantitatem unius pedis in lungum, in grossum quantum aliquis laudere manu potest iuncto pollici indice; *de Capillis Domini nostri Iesu Christi pueri*; *de spinea Corona Domini spinam unam*; *costam unam s. Philippi apostoli* cum *uno dente* ipsius; *de Panno* lineo albo in quo involutus fuit Salvator in presepio; *de Purpureo indumento* ipsius. Crux in vase aureo cum gemmis pretiosis ornato posita est, ad quantitatem eius facto; alie reliquie predicte posite habentur in alio vase aureo. Omnes reliquias predictas christianissimus rex Francorum, Henrico, abbati S. Dionysij propria manu Parisiis tradidit, vij idus iunij, quas predictus abbas accipiens, in ecclesia B. Dionysij, cum capite ipsius pretiosissimi martyris Dionysij & scapula sancti Iohannis Baptiste, habentur recondite.

Bouche de Lion. C'est assavoir : du fust de la vraye Croix *un piè de long & de gros tant comme un homme peut enclorre en son poing, quant il a le premier pouce joingt au premier doy*; des cheveux Nostre-Seigneur; une des espines de la saincte couronne; une des dents & une des costes de saint Phelippe l'apostre; des drapeaux *en quoy Nostre-Seigneur fu enveloppè en la crèche quant il fut nè*; du rouge vestement *qu'il eut afublè le iour de sa saincte passion. La croix fu mise en un vaissel bel & riche & aournè de riches pierres prècieuses fait en croix, selon la forme & la quantitè du sainthuaire, & les autres reliques furent mises en un autre vaissel d'or. Tous ces sainthuaires bailla le roy Phelippe à l'abbè Henry à Paris de ses propres mains, en huitiesme jour de juillet. Et l'abbè qui à grant joie & à grant leesce de cuer les reçut, les porta jusques au Lendit en chantant & en glorifiant Nostre-Seigneur. A l'encontre de luy vint le couvent nus piès par grant dèvocion & revestus de chapes de soye, & la procession du clergiè & du peuple; si portèrent les reliques à grant dèvotion en l'èglyse, là ou elles sont gardèes dignement & aourèes à la gloire & à la louenge de celluy qui vit & règne, de qui le règne est permanable sans fin.*

2. ANONYMUS LAUDUNENSIS,

Chronicon (- 1218).

[*Hist. de la France*, XVIII.]

[1205.] Nevelo, nobilis Suessionum episcopus, a Constantinopoli rediens, multas & preclaras *reliquias* attulit, que in ecclesia Suessionensi in magnam gloriam habentur. p. 715

3. RADULPHUS, Coggeshalæ abbas († 1228),

Chronicon Anglicanum.

[Ed. Duncin, Noviom. 1852, in-4.]

p. cij .... Adepta igitur civitate, communi consilio factus est imperator Baldewinus, comes Flandrensis, fugiente Morculfo: qui statim tertiam partem imperialis thesauri inter principes & exercitum Latinorum magnifice distribuit, que tertia pars continebat xviij centena millia marcarum argenti, que infinita pecunia apud nos, sicut & cetera, que de Grecorum divitiis, & constructione predicte civitatis, & Egie Sophie narrantur, incredibilia esse videntur. Denique dicunt redeuntes, quod quotidianus redditus imperatoris continet xxx millia perpres; perpre vero est nummus aureus, & valet tres solidos argenti. Dignitates autem & honores, & multa preclara xenia, principibus & aliis qui erant cum eo, magnifice largitus est. Regi Philippo, quondam domino suo, transmisit quamdam *carbunculam*, lapidem pretiosissimum, qui rutilanti fulgore totum palatium potest illustrare, & *duo indumenta regalia*, auro & lapidibus pretiosis mirabiliter intexta.

4. REINERUS († 1230),

Annales.

[Pertz, *SS. RR. Germ.*, XVI.]

[1206.] Episcopus Suessionensis a Constantinopoli rediit, & *reliquias* pretiosas *apostolorum* & *martyrum* & *vivifice Crucis* attulit.

5. ALBERICUS,

Chronicon (-1241).

[Pertz, *SS. RR. Germ.*, XXIII.]

p. 886 [1205.] Nevelo, Suessionensis episcopus, a Constantinopoli in Gallias plurimas sanctorum secum ferens reliquias, qui, cum esset in itinere positus, obiit in Apulia, sepultusque fuit in Barensi S. Nicolai ecclesia. *Reliquias* vero quas habebat sub testamento designavit ad diversas ecclesias : ecclesie Catalaunensi dedit *cubitum sancti Stephani*; & episcopus Garnerus misit Trecas *caput Philippi* apostoli.

p. 891 [1209.] In diebus illis legebantur Parisiis libelli quidam, ab *Aristotele*, ut dicebatur, compositi, qui docebant *Metaphysicam*, delati de novo a Constantinopoli, & de greco in latinum translati, qui ...., jussi sunt comburi,

6. GUILLELMUS DE NANGIACO,

Chronicon (- 1300).

[Ed. Géraud, I.]

.... Eodem tempore [1206] Galo quidam, canonicus Ambianensis, a Constantinopoli rediens in patriam, secum detulit *faciem capitis sancti Iohannis Baptiste*, quam Ambianensi ecclesie dedit. p. 125

7. ANDREAS DANDULUS († 1354),

Chronicon Venetum, t. X, c. III, 30.

[Muratori, XII.]

... Imperator autem, Coronam Christi apud se retinens, de eodem *Sanguine* in Flandriam destinavit, & alias pretiosas *reliquias* regi Francorum misit, quas ecclesie S. Dionysij obtulit.

8. *Chronicon S. Iohannis de Valentianis.*

[Rayssius, *Hierogazophylacium belgicum.*]

Anno M.CC.XXI, sub Theodorico abbate Sancti Iohannis, Balduinus, imperator Constantinopolitanus ac comes Hannoniæ, cuidam nobili militi, dum esset in illis regionibus, *indicem s. Ioannis Baptistæ* dono dederat. Illum vero, ab illo acceptum, dono quidam civis valentianus, nomine Petrus, monasterio nostro tradidit.[1]

9. ANTONIUS ASTESANUS,

Epistolarum heroïc. liber III (1451).

[*Historiens de Paris*, I.]

AMBIANUM.

... Prætereoque urbem, cui clarum nomen ab amnis p. 5..
Ambitu positum fuit, in qua nil magis ipse
Egregium vidi, quamvis non pauca relatu

1 V. supra, II, p. 179.

Digna & laude forent, quam templum antistitis
In quo Baptistæ facies *est sacra* Iohannis,
Aut pars illius, ne te mea carmina fallant,
Cum caput in multas septum fit nobile partes.
Nam Lugdunensi mentum servatur in urbe;
Pars autem capitis suprema, ut publica fama est,
Sacra Angelini servatur in æde Iohannis;
Corpus at, in cineres conversum, Genua servat.

10. *Historia episcop. Autissiodorensium* (-1593).

[Labbe, *Biblioth. nova mmss.*, I.]

p. 493 [1220.] ... Indumenta episcopalia [Guillelmus de Seignelay, ad sedem Parisiensem translatus], reliquit, &, quod pretiosius est, cum quibusdam aliis sanctorum pignoribus, *digitum* beati protomartyris *Stephani*, visibilem, cum vase argenteo miri decoris, quod a Constantinopoli fuit allatum, *crucem*que auream permodicam, quam quædam procul dubio Ligni Dominicæ Crucis particula, visibiliter in auro inclusa, efficit pretiosam.

11. J. J. BONNEFONS,

Historia Corbeiensis (-1660).

[Paris. Bibl. nat., lat. 17143.]

f. 671 ... His similiter annis [1212] maioris ecclesiæ scripturæ, auro argento & crystallo insculptæ, viam ac rationes & tempus, quibus luculentam admodum, & vix ulli Picardiæ & Belgij templo secundam, sacratissimæ *Crucis* adeptionem, adepti sunt Corbeienses, consignant, & a quibus prodierit, aperiunt. Quorum, id est temporis & loci occasionis, & largitoris ipsius, a quo basilica primaria tantum munus accepit, conformitas, incusam, si bene attendantur, conciliabunt auctoritatem, pretiosis duobus donariis, quibus hac tempestate cœnobium Corbeiense, tanto malorum aggere attritum, tot discordiis lacerum, solus Deus solatus est, & ditavit duabus thecis, quarum quæque, in crucis figuram faberrime elaborata, non modicam salutiferi & sacratissimi ligni, in quo salus & vita nostra pependit, portionem, aliasque pretiosas admodum reliquias includunt. Ceterum cum Corbeiensis basilica permulta lypsana, divitibus sane thecis contenta, adservet, omnium tamen principem locum prædictæ cruces, ex vivifico ligno conflatæ, ipsis thecis inclusæ, obtinent ....

. . . .

Nihil porro sanctius ostendunt Corbeienses, quinque pene seculi corroboratum, ex anno millesimo ducentesimo tertio aut quarto. Ab reduce Robillardo de Clari ex Constantinopolitanæ urbis expugnatione, accepta munera, ex utraque subiecta epigraphe cognoscere licet. Quæ urbis Constantinopolitanæ per Francos expugnatio accidit anno millesimo ducentesimo quarto; in hoc anno Robiliardum de Clari pretiosa adeo numismata & donaria, ex imperatorum Constantinopolitanorum capella erepta, Corbeiam transvehisse & primariæ ecclesiæ dedisse, non temere forsan affirmo, cum legam quod, anno millesimo ducentesimo quarto, pridie idus aprilis, atque pridie nonas maij sequentis, imperium ad Balduvinum, Flandriæ comitem, triumphante exercitu, delatum fuerit: qui imperator, anno sequenti, in obsidione Hadrianopolitana, a Ioanne, Mysiæ prefecto, circunventus, captus est, atque in eius locum eius frater Henricus imperator acclamatus eodem.

....

Adde non solos principes & potentissimos exercitus duces iis sacris spoliis potitos fuisse, sed & alios nobiles in eorum partem venisse, ac, expugnata urbe, omnes promiscue in palatium imperatoris irruisse, & quæ sibi primum occurrerunt iure belli sibi vindicasse, præcipue autem, pietatis impulsu, sacras sanctorum reliquias. Cum enim multi ex iis regionibus cruce signati Balduinum, Flandrie comitem, Theobaldum Campaniæ, Hugonem Fani S. Pauli, Reginaldum Bonohiensem, comites, & Guillelmum, Bethuniæ advocatum, in Greciam sequuti fuissent, ecclesias gallicanas, præsertim Belgij ac Picardiæ, pretiosis iis divitiis cohonestarunt atque protexerunt. Sint præ omnibus Bernardus III de Morolio, Nicolai quondam abbatis nepos, cuius in hanc ecclesiam piam munificentiam commendavimus, Pietrus de Ambianis, Nicolaus de Mailly, qui adfuere expugnationi & oppugnationi Constantipoleos, unde sacrosanctam Christi viatoris *Lachrymam* attulerunt, atque eo pretioso pignore abbatiam Sancti Petri de Salincourt, familiæ Præmonstratensis, illustrarunt bearuntque, ut dictæ ecclesiæ monumenta docent......

Prædictas vero has duas sacras cruces Corbeienses, ex eodem imperatorum constantinopolitanorum palatio, indigetato Bucca-Leonis (ac ipsæ per Henricum imperatorem ad Philippum, fratrem suum, missæ), translatas, a dicto Robilliardo de Clari testantur vetustissimi charactéres, utrique cruci argenteæ & chrystallinæ impressi, seu insculpti, produnt. Quis is Robilliardus, ita in Corbeiensem ecclesiam munificus, mihi hactenus ignotus; sed eius memoria apud Corbeienses, ob pretiosum adeo duplex illud donum, auro, argento & chrystallo, quibus insculptum est eius nomen, perennior erit & gratior.

* *
*

b) *Reliquiæ S. Capellæ Pariſienſis.*

12. *Itinera, dona & herneſia Ludovici IX* (anno 1239).

[*Hiſtoriens de la France*, XXI.]

p. 587 ...... Pro chaufacio facto pro *Corona*, xlvij l., ix ſ.

p. 600 [8 aug.] Quidam valetus qui adduxit *ſanctam Coronam* ad equum ad Villam-Novam Archiepiſcopi, de dono xx ſ., teſte Guillelmo de Hauberville....

[8 aug.] Clericus qui attulit crucem coram ſancta Corona a Villa-Nova uſque ad Senones de dono xx ſ., teſte Adamo de Bellomonte....

p. 601 [14 aug.] Pro cereis pro Corona uſque ad Meledunum lix ſ.

Domina de Audenarda, pro vadiis, quando fuit ad Coronam videndam xx l., teſte Guillelmo de Braia...

Domina de Rameru, pro vadiis, quando fuit Pariſius ad Coronam videndam iv l., teſte eodem...

Relicta Balduini de Corbolio, quando fuit Pariſius ad Coronam videndam, xix ſ..

Pro batellis a Senonibus uſque ad Pariſius, pro Corona apportanda per Diniſium ſcutiferum, xij l., ix ſ., vj d.

Pro leteria queſita Pariſius propter hoc, xl ſ., & pro roba cuiuſdam ſui valeti, xl ſ., teſte Guillelmo de Braia.

Pro una archa ferrata, ad Coronam reponendam, & pro ſarrueriis, & pro pena hominum qui ad hoc faciendum interfuerunt, & pro eſtuciis ubi primo poſita eſt, & pro turre curanda, & pro feneſtris turris interligandis de ferro auricalci, x l., xxj d....

p. 602 [24 aug.] Pro Capella Pariſienſi incortinanda, & pro uno tabernaculo facto de cendato per Petrum Carnem-Porci in adventu Corone, lviij ſ....

[25 aug.] Magiſter Tierricus, capellanus comitis [Atrebatenſis], & frater Aygulfus, pro cremento ſue expenſe, quando queſierunt Coronam, liv ſ., iv d., teſte decano Turonenſi.

Item magiſter Ianuenſis, pro xxxj diebus a j aug. ad j ſept., vij l., xv ſ. (?)...

p. 603 [5 ſept.] Philippus conſergius, pro ſuis vadiis de xv diebus, quando remanſit cum aliis qui cuſtodiebant Coronam, lxxv ſ....

p. 605 [3 oct.] Renerius Teſtacocta, pro cereis factis ante ſanctam Coronam, ex quo adducta fuit uſque ad S. Dionyſium, lxx ſ....

p. 609 Pro ij pannis ſericis, quos dominus rex dedit eccleſie de Villa-Nova Archiepiſcopi, quando fuit ibi recepta [ſancta Corona], iv l.

Pro uno drappo de ſerico ad Coronam, xl ſ...,

13. ALBERICUS,

Chronicon (- 1241).

[Pertz, *SS. RR. Germ.*, XXIII.]

[1239.] Supradictus iuvenis, imperator Balduinus (II), caſtrum de Namuco regi Francie Ludovico, ſupra quinquaginta millia librarum Pariſienſium invadiavit, & pro *ſpinea Domini Corona*, que ex parte eiuſdem imperatoris ſervabatur in Venetia, dedit ei rex Francie decem millia librarum, & illi qui requiſierunt & detulerunt, bene duo millia expenderunt, & quaſdam difficultates paſſi ſunt; ſed ſemper Chriſto triumphante, evaſerunt; que corona recepta eſt Pariſius infra octavas Aſſumptionis. Venerunt obviam proceſſiones omnium ordinum & congregationum de civitate ad locum qui Specula dicitur, iuxta abbatiam Sancti Antonij monialium, preſente archiepiſcopo Senonenſi cum ſuffraganeis. Et dictum eſt in pleno ſermone quod, poſt omnia illa privilegia quibus regnum Francie a Domino Ieſu Chriſto, huc uſque decoratur & ſublimatur, noviſſime tantum talemque theſaurum eidem ipſe pius Dominus habere conceſſit; quod vero de eadem corona ſunt alique ſpine ab antiquo in Senonenſi civitate, & quedam etiam particula eiuſdem corone fertur apud Sanctum Dionyſium eſſe a Karolo Magno delata, & honorifice ibi repoſita. p. 947

[1241.] In exaltatione ſancte Crucis, honorifice & ſolenniter recepit rex Francie *magnam portionem* Dominice *Crucis*, a Conſtantinopoli ſibi tranſmiſſam. p. 960

14. MATTHÆUS PARIS († 1259),

Hiſtoria maior Angliæ.

[Ed. Watts, Lond. 1684, in-f.]

...Eodem anno [1240], geminato Domini noſtri Ieſu beneficio, Francia floruit & exaltavit. Preter enim hoc quod meruit, ut predictum eſt, confeſſorem Edmundum, ab Anglia ſublatum, obtinere *Coronam* Domini *ſpineam*, apud Conſtantinopolim adeptam, eſt gaviſa poſſidere. Neceſſitate enim ingruente, & theſauri carentia (ut moris eſt bella gerentibus) cor Baldewini, imperatoris Conſtantinopolitani, perurgente, ſignificavit regi Francorum ipſe imperator B[aldewinus] quod, ſi ipſum, iam pecunia deſtitutum, vellet de theſauro efficaciter iuvare, ipſi regi, pro antiquo dilectionis & conſanguinitatis federe, conferret Coronam Domini, quam Iudei complectentes, capiti Domini, cum pro redemptione humani generis crucis ſuſtineret paſſionem, procul dubio impoſuerunt. Quod rex Francorum, fretus conſilio naturali, gratanter accepit, & materno favore aſpirante, ipſi imperatori B[aldewinus] cuius continua prelia theſaurum ex- p. 487

hauserant, largiter pecunia non parva transmissa, erarium restauravit, familiamque suam & exercitum exhilaravit, ipsumque B[aldewinum] in spem certam obtinendi victoriam contra Grecos erexit. Ipse vero, pro tanto beneficio, a rege obtento, iuxta pacta & pollicita, super aurum & topazion preciosam Coronam Christi fideliter ipsi contulit pro premio retributionis. Ipsa igitur solemniter ad laudem Deo dilecti regni Francorum, imo omnium Latinorum, cum processione & campanarum classico, & fidelium devotione est recepta, & Parisiis in Capella regis reposita veneranter....

p.491 ...Eodem anno [1241], *Crux sancta*, que, post tempora Saladini, reposita fuerat apud Damiatam, usque ad pugnam infelicem, per quam ipsa civitas primo adquisita, & postea flebiliter amissa, cessit in potestatem Saracenorum, est in regnum Francorum delata; rege Francorum & matre eius B[lanca] id prudenter procurantibus, & potestati eorum Christo propitiante, & pro eadem cruce multa data pecunia, est feliciter mancipata. Que crux in prima emptione, viginti quinque millibus librarum empta fuit a Venetis, qui eam tenuerunt a duobus filiis regis Hierusalem I[ohannis], qui indigentes pecunia, Grecos impugnarunt. Et postea B[aldewinus] ipsam plus obligavit, & postea vendidit eam regi Francorum Lodovico. Die siquidem Veneris, que proxima diem Pasche precedit, qua scilicet Dominus noster Iesus Christus pro mundi redemptione vivifice crucis est affixus patibulo, apportabatur eadem crux Parisiis, scilicet ab ecclesia Sancti Antonij, iuxta quam composita fuit eiusdem stationis machina, in quam rex ipse ascendens cum utraque regina, scilicet matre sua B[lanca] & uxore sua M[argarita], cum fratribus eiusdem regis, presentibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus & aliis viris religiosis, necnon & nobilibus Francorum magnatibus, cum innumerabili populo circumstante, cum cordis iubilo tam gloriosum spectaculum exspectante, crucem ipsam in altum elevavit lachrymis obortis, incipientibus qui presentes erant prelatis voce altissima: « Ecce crucem Domini. » Et cum omnes veneranter ac devote ipsam adorassent, rex nudus pedes, in laneis, discinctus, capite discooperto, triduano ieiunio anticipato, edoctus exemplo nobilissimi triumphatoris Eraclij Augusti, versus Parisiacam urbem, & usque ad ecclesiam Beate Virginis cathedralem, baiulavit. Et cum consimili devotione, confessionibus, ieiuniis, & orationibus expiati, fratres dicti regis cum reginis supradictis pedetentim sequebantur. Portabant etiam ipsi coronam spineam, quam simili schemate in propatulo elevantes, populi conspectibus presentarunt, quam divina regno Francorum anno preterito misericordia contulerat, prout prius enarratur. Supportabant autem nobiles quidam brachia regis, & fratrum eius, tam pium onus baiulantium, ne forte fatigati, cum assidue in celum brachia elevarent, cum ipso impreciabili thesauro, deficerent, sublevarunt. Et hoc circumspecte ipsis prelatis sic volentibus factum est, ut ipsi quorum prudentia tanta gloria fuerat adquisita, essent etiam circumstante populo ad instar Eraclij (de quo fecimus mentionem) illo modo veneranter attrectata. Cum igitur per-

ventum esset ad ecclesiam cathedralem, pulsatis omnibus in civitate signis, orationibus quoque specialibus solenniter perlectis, reversus est rex ad maius palatium suum, quod est in media urbe, deferens crucem suam gloriose, fratribusque eius coronam, consequente prelatorum ordinata processione, qua nunquam visa fuit in regno Francorum solennior aut iocundior. Universi igitur & singuli Dominum, qui regnum Francorum, pre omnibus aliis, speciali complectitur dilectione, consolatur, & tuetur, iunctis manibus glorificarunt. Sic igitur Dominus noster Iesus Christus, rex regum, & Dominus dominantium, cuius iudicia abyssus multa, in cuius manu corda sunt regum, dans salutem quibus vult, ipsum regnum Francie his tribus dotavit, & ditavit in brevi tempore beneficiis preciosis, videlicet corona predicta & cruce Domini, de qua iam dictum est, & corpore beati Edmundi, Cantuariensis archiepiscopi & confessoris, inauditis miraculis evidenter coruscante. Rex igitur Francorum, non procul a palatio suo, Capellam mirifici decoris, dicto thesauro regio convenientem, iussit fabricari, in qua ipsum honore condigno postea collocavit. Preterea rex Francorum habet in Capella sua Parisiensi pulcherrima, *Clamydem Christi*, *Lanceam*, id est *ferrum Lancee*, & *Spongiam*, & preter hec innumerabiles reliquias. Unde dominus papa concessit omnibus eas adeuntibus in Capella Parisiensi, orandi causa, quadraginta dies relaxationis.

15. VINCENTIUS BELLOVACENSIS († 1264), *Memoriale*.

[*Hist. de la France*, t. XXI.]

Anno Domini M.CC.XXXIX, *Corona Domini spinea*, per industriam p. 71
piissimi Ludovici, Francorum regis, annuente Balduino imperatore, ab urbe Constantinopoli Parisius est translata, atque ab ipso rege, cum multis episcopis & militibus & infinita populi multitudine, cum summa humilitate atque devotione recepta. Nec multo post eidem quoque regi *pars Dominice Crucis* a peregrinis transmarinis transfertur, & itidem honorifice valde recipitur.

16. PETRUS CORAL, *Chronicon S. Martini Lemovicensis* (-1266).

[*Hist. de la France*, t. XXI.]

...Eodem anno [1240], idem Ludovicus rex recepit reliquias, quas p. 765
redemit pro imperatore Constantinopolitano magna summa pecunie, scilicet *Crucem Dominicam*, *Spongiam*, *Lanceam*, *Coronam* & plures alias

reliquias, quas xxiiij archiepiscopi & episcopi, in festo sancti Michaelis, cum pluribus aliis prelatis, Parisius processio, cum maximo honore, in Capella regis collocaverunt.

17. GAUFRIDUS DE BELLO-LOCO († 1274),

Vita s. Ludovici.

[*Hist. de la France*, XX.]

p. 15 XXIV. *Quantam devotionem habuit in his que spectant ad fidem, & primo de sacra Corona, & de aliis sanctis reliquiis.*

Quanta devotione fidei, & quam immensis laboribus & expensis ac nunciorum suorum periculis, obtinuerit a Constantinopolitano imperatore, sacrosanctam *Coronam spineam Salvatoris*, & *partem maximam sancte Crucis*, cum aliquibus reliquiis multis ac plurimum pretiosis, & cum quanto gaudio procul occurrerit obviam rex devotus ad dictas reliquias, reverenter suscipiendas, necnon cum qua solemni ac devotissima processione totius cleri & populi, pretiose reliquie Parisiis sint recepte, ipso rege hunc sacrum thesaurum ex una parte propriis humeris ac nudis pedibus deportante, testis est is libellus qui diligenter super iis est confectus, de quo ad matutinas legitur in solemnitatibus dicte Corone ceterarumque reliquiarum ; quas solemnitates pius rex celebriter fieri instituit bis in anno, videlicet die anniversaria, qua Parisius recepte fuerunt. Ceterum, quam mirificam, quam speciosam ac nobilem Capellam Parisius fecit fabricari, necnon quam pretiosam & admirabilem thecam fieri fecit, auro & argento & lapidibus pretiosis ornatam, ad predictas sacras reliquias honorifice recondendas, testes esse possunt qui Parisius predicta diligenter viderunt....

18. GUILLELMUS CARNOTENSIS († 1280),

De vita & miraculis b. Ludovici.

[*Hist. de la France*, XX.]

p. 29 ...Porro cum quanta honorificentia & reverentia Salvatoris, cum quanta frequentia ac devotione plebis, solemnitates illas, quas instituerat in Capella sua regia, unam sacrosancte Corone Domini in craftino s. Laurentij, que in tota Senonum provincia celebratur, aliam sanctarum aliarum reliquiarum in craftino s. Michaëlis archangeli celebrari fecit annuatim. Quam solemniter ac reverenter pretiosum illud *Lignum Crucis Dominice*, sacrosanctam eius *Coronam spineam*, ac venerandum *ferrum Lancee*, quod latus Dominicum perforavit, auro & gemmis preciosissimis adornata, processionaliter ac publice depor-

tari fecerit in singulis solemnitatibus antedictis, prelatis, & religiosis cum clero, cappis indutis sericis, laudes divinas altissime decantantibus, ipso pio rege cum suis magnatibus humiliter subsequente, ac, universo populo devote sacras ipsas reliquias adorante, etsi vellem, non valerem nec sufficerem explicare.

19. *Chronicon S. Catharinae de Monte (Rothomagensis)* (– 1282).

(*Hist. de la France*, XXIII.)

Anno M.CC.XLII, sacrosancta *spinea Corona* Domini nostri Iesu Christi Parisius delata est, & translata a domino Ludovico, rege Francorum, & in Capella regia Sancti Nicolai decenter collocata, in crastino sancti Laurentij martyris. Quomodo autem, domino disponente, illuc pervenit libet breviter declarare. Defuncto igitur Petro, prius Nivernensi comite, postea Constantinopolitano imperatore, & imperatrice Iolanda, uxore sua, ad quam de morte Henrici imperatoris, fratris sui, devenerat idem imperium, remansit ex iis puer, Balduinus nomine, qui per Mariam, filiam Iohannis de Brenna, qui, propter probitatem & merita regnum Ierusalem, adeptus fuerat, desponsavit. Idem autem Iohannes, de communi consensu fidelium imperij, generum suum Balduinum direxit ad partes Gallicanas, ut a rege Ludovico, de cuius sanguine ex utraque parte patris & matris ortum habuerat, & domina Blanka, cuius neptem duxerat, ceterisque nobilibus Francie, subsidium & auxilium peteret adversus hostes suos & Grecorum gentem, de finibus suis expellendos. Cumque in partibus Francie moram faceret, hereditatis proprie negotiis detentus, & in petendo subsidio sollicitus & intentus, perpendens devotionem regis & matris ipsius, de Corona Domini eisdem fecit mentionem. Dicit itaque se novisse in urbe Constantinopolitana proceres ad hanc calamitatis inediam devenisse, quod predictam Coronam Dominicam oporteat eos alienis vendere, vel ad minus titulo pignoris obligare, affectuoseque eidem supplicat, ut illam ab ipso recipere dignetur & gratis. Rex ergo hoc audiens, grates immensas Balduino referens, gratanter annuit se illam recepturum ab ipso. Mittuntur citius a rege Constantinopoli, pro complendo negotio, Iacobus & Andreas fratres ordinis predicatorum. Tanta enim necessitas barones imperij coegerat quod pretiosam Coronam, pro magna pecunie summa, compulsi sunt Venetis obligare tali conditione, quod, nisi redimeretur per heredem imperij vel barones infra terminum prefixum, ipsa caderet in commissum & converteretur in titulum venditionis pro pecunia iam soluta. Apposuerunt etiam quod illa Venetias deferretur, quod & factum est. Convenerunt ergo nuntij regales cum Venetis ut illam sanctam Coronam portarent Venetiam, presentibus magnis civibus Venetie, ingrediunturque Vene-

tiam & beatam Coronam in vase signato in capella Sancti Marci cum diligentia deponunt. Frater Iacobus, relicto ibi fratre Andrea, cum nuntiis imperij cito accedens ad regem Ludovicum, rem gestam & statum negotij regi fideliter & regine exprimunt. Preparant itaque nuntios, cum fratre Iacobo & nuntiis imperij mittentes eos Venetiam. Venientes igitur Venetiam, exhibitis litteris regalibus de mutuo redintegrando sanctum pignus, dolentibus Venetis, sed, pro conditione, non valentibus obviare, agnitis litteris procerum, vasculum sancte Corone suscipiunt, versus Franciam iter suum dirigentes. Audiens autem eos in Burgundiam devenisse, rex valde gavisus est in Domino. Una cum matre sua & fratribus, sumptis secum Waltero, Senonis archiepiscopo, & Bernardo, Aniciensi episcopo, & aliis baronibus, occurrit in villa que dicitur Villa-Nova Archiepiscopi, thesaurum quem desideraverat invenit consignatum in vase ligneo. Quo aperto, invenit locellum de auro, in quo sancta Corona latebat, que tunc visa est ab omnibus qui aderant. In crastino, Senonis defertur in ecclesia Sancti Stephani. Postea vero in crastino cum gaudio rex, insigne vasculum deferens, versus Parisius dirigit viam suam. Octava die, extra murum iuxta ecclesiam Sancti Antonij, in campi planitie, ostenditur. Post hec, infra muros civitatis infertur a rege & fratre suo, discalceatis, &, preter tunicam, depositis vestibus. Omnes etiam prelati cum clericis & viris religiosis necnon & militibus nudis pedibus antecedunt, & sic collocatur in Capella regia cum gaudio Domini Corona.

20. *Chronicon anonymum gallicum ad ann.* 1286.

[*Hist. de la France*, t. XXI.]

p. 24 ...Ce fu cil qui fist faire & fonda la Chapele en son hostel à Paris, & i assist les rentes à viij chapelains qui i sont. Et entre les autres chozes, il fist une choze qui ne doit pas estre oubliée, ainz doit estre ramentevée par dessus toutes les autres qu'il fist onques en sa vie; que si Dieus ne l'amast, il n'eust ne pooir, ne le senz, ne la volenté dou faire ce qu'il fist. Més il parut bien dès lors que Dieus l'amoit, quant il li presta force & povoir & volenté de recheter de ceus de la cité de Venisse la *sainte Crois* où Dieus fu travelliés, & la *sainte Couronne d'espines* qu'il ot en son chief, & la *sainte Glaive* dont Longis le féri ou costé, & les *sains Cloz* qui li furent férus parmi les paumes & parmi les piés, & les *sains Liens* dont il fu liés à l'estache. Toz ces précieus saintuaires racheta li rois Lovis des Venisiens, là où li emperères de Constantinoble les avoit engagiés. Là li moustra Diex qu'il amoit lui & le roiaume de France, quant il volt souffrir que si précieus saintuaire fussent aportez en la couronne & ou roiaume de France. Et fist li rois Lovis ces précieus saintuaires mettre en une chasse, en sa Chapele à Paris....

21. IOHANNES DE COLUMNA († 1290),

Mare historiarum.

[*Hist. de la France*, t. XXIII.]

...Quare dominus rex & regina, mater eius, urbi & Latinis in ea habitantibus compatientes, magnam pecunie quantitatem Balduino conferunt, stipendiarios & milites adiungunt, & strenuos bellatores. Perpendens igitur Balduinus devotionem regis & matris erga Deum & dictum imperium, venerabilem illum thesaurum, scilicet *Coronam spineam*, que in Constantinopoli, a longe retro temporibus, ad stabilimentum imperij conservata fuerat, quam proceres inclusi, cogente inopia, civibus Venetorum obligaverant, que totius imperi titulus erat & gloria, pro speciali gratia eis donat: que statim, missis nunciis Venetis, ac pecunia pro quo obligata fuerat persoluta, Parisius in vigilia beati Laurencij est cum multa sollempnitate recepta, ac in Capella regia collocata.... p. 110

22. *Chronicon parvum S. Dionysij* (-1292),

[Félibien, *Hist. de S. Denys*, Preuves.]

MCCXXXIX. Hoc anno, regnante Ludovico rege, filio Ludovici regis, fuit conventus ecclesie B. Dionysij apud Vicenas, feria v post Assumptionem beate Marie Virginis, que tunc erat xv kal. septembris, &, illucescente aurora, induerunt se albis & pretiosissimis cappis, ut honestius ceteris processionibus, cum *Corona Dominica* de Constantinopoli ad regem per certissimos nuncios asportata, usque ad ecclesiam Beate Marie Virginis, Parisius deveniret, ubi dominus Odo Clementis, tum temporis ecclesie Beati Dionysij abbas, cum ceteris archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ornatus episcopalibus indumentis, mitram habens in capite, annulum in digito, & manu baculum pastoralem, ad dextram altaris Beate Virginis astitit. Processio vero nostra, a ceteris separata, in media navi ecclesie Beate Virginis remansit. Guillelmus vero cantor tunc temporis ecclesie Beati Dionysij, a Vicenis usque ad dictam ecclesiam B. Virginis, omnes cantus, tanquam inter ceteros cantores specialis precentor, mirabiliter inchoavit, maxime in navi ecclesie B. Virginis, « Ave regina celorum » intonans ita alte quod omnes stupefacti sunt audientes. Inde, usque ad regis palatium, Coronam Dominicam cum divinis responsoriis deducentes, in Capella domini regis cereos, quos in manibus portabant, in honore dicte Corone similiter obtulerunt; & Capella, & etiam dicta sacrosancta Corona, cum toto palatio palliis & ornamentis pretiosissimis de domo nostra ad hoc Parisius delatis, cunctis aliis ornamentis vilipensis, decentissime fuerunt ornata. p. ccv

23. PHILIPPUS MOUSKES († 1292),

Chronique rimée.

[Ed. Reiffenberg, t. II.]

p. 667 *..Quant l'emperère Bauduins*
De Coustantinoble, orfenins,
Par le consel del roi Jehan,
Se fu de là partis l'autr'an,
Cele Couroune *proprement,*
Dont courounés fu asprement
Li vrais Dieux, quant en croix [*fu mis,*
En aporta de cel païs,
L'emperère, & s'el mist en gages
A çaus de Venise plus sages,
Par le consel de son clergiet,
Qui l'en orent douné congiet.
Al roi, son cousin, l'otroïa
Ki moult durement l'en proia.
S'envoia pourvec en Venisse,
Mais grande ricoisse i ot mise.
Mout fu sagement aportée;
Li rois par toute la contrée
Fist crier c'on alast encontre,
Et il-méismes tous les outre;
A piet & descaus i ala.
N'onques mais nus tant n'éuit là
De fieste, com ot à Paris,
Et canter & déduis & ris.
A son col l'aporta li rois
Et ses frères, li quens d'Artois,
Et s'i ot moult des haus barons,
Dont jou ne sai dire les nons.
S'i fu madame la roine,
Ki mout par est loiaus & fine,
Et s'i fu la roïne Blance,
Ki tant par est & sage & france.
S'i fu cele de Danemarce,
Ki tant par est courtoise & sage,
S'i fu li clergiés de Paris
Tout à j mot le vos devis,
S'i ot bourgois & cevaliers.
Treslous li païs en fu liés...

Or avint-il que Bauduins, p. 677
Li emperères orphenins,
Tramist roi Loéys en France,
Par droit consel & par soufrance,
La Viesture *que Diex avoit*
Quant on à la Crois le menoit;
Et li Vasciaus *li fu livrés*
Dont en la Crois fu abevrés,
Et li fiers de la Lance *avoec*
Qu'ot ferut el costé aluec; [*ausne,*
Et s'eut de la Crois *priés d'une*
Tot ausi comme cipriés gausne;
Nue sains or & sains argent,
I fu mostrée à mainte gent.
S'eut la Couroune éue ançois,
Dont moult s'essjoïrent François,
Et la Crois ausi, çou vous di,
U Dieux en Iursalem pendi.

24. *Chronicon S. Petri Vivi Senonensis* (- 1294).

[*Hist. de la France*, XXII.]

p. 31 Anno Domini MCCXXXIV, frater Iordanus, ordinis Predicatorum magister, missus ad predicandum Sarracenis, obiit in portu maris. Illo tempore duo principes Grecorum, Vastachius & Duxanus, pacem invicem facientes, contra imperium Constantinopolitanum bellaverunt. Videns Iohannes imperator quod sine Francis resistere non posset, misit Bal-

duinum, imperij heredem, ad generositatem suam in Franciam: consanguineus enim erat idem Balduinus regis & regine Blanche, & neptem habebat illius Blanche in uxorem. Dum pervenisset in Franciam, Iohannes obiit, cuius filiam habebat Balduinus, & barones Constantinopolitani, necessitate urgente, posuerunt apud Venetos pro pignore *sanctam Coronam Domini spineam*. Quo agnito in Francia, rex Ludovicus prece obtinuit a Balduino, ut Coronam redimeret, & Parisius reconderet. Et sic sanctum est, ut dominus Galtherus archiepiscopus, in libro quem fecit, declaravit.

25. DURANDUS († 1296),

Rationale divinorum officiorum.

[Napol. 1860, in-8.]

Lib. VI, cap. 77.

... Et scias quod *Corona* fuit de iuncis marinis, sicut eam vidimus in thesauris regis Francorum, quorum acies non minus spinis dure sunt & acute. p. 535

Liv. VI, cap. 80.

... In cereo etiam affigitur tabula, seu charta scripta, que significat *Tabulam in qua Pilatus scripsit:* IESUS NAZARENUS REX IUDEORUM, quam vidimus Parisiis in capella illustris regis Francorum, una cum *spinea Corona*, & *Ferro*, & *Hasta lancee*, & cum *Purpura*, qua Christum induerunt, & cum *Sindone*, qua corpus fuit involutum, & *Spongia*, & *Ligno Crucis*, & *uno ex Clavis* & aliis reliquiis multis. p. 545

26. *Chronicon S. Medardi Suessionensis* (- 1296).

[D'Achery, *Spicilegium*, ed. I[a], t. II.]

MCCXL. *Spinea Corona* pretiosissima, a Ludovico rege, in civitate Parisius, cum magno honore & maxima humilitate predicti regis & fratrum suorum, ita ut omnes qui aderant & viderant, & omnes qui audierant multum nimis mirarentur, processionaliter defertur, & in Capella predicti regis, quam miro opere & maximis sumptibus propter hoc fabricabat, honorifice reponitur. p. 797

MCCXLI.... Eodem anno, in die Exaltationis sancte Crucis, *maxima pars Dominice Crucis*, illa scilicet, ut multi boni testimonij viri testantur, quam Helena, Constantini mater, post inventionem eiusdem sancte Crucis a Ierosolymis Constantinopolim secum honorifice fecit deferri, & in Capella gloriosissimi Constantini imperatoris, p. 798

dilectissimi filij sui, fecit honorifice reponi; predictus vero Constantinus illam partem Dominice Crucis in expeditionibus suis, causa victorie, faciebat secum gloriose & honorifice deferri. Illa vero pars Dominice Crucis Ludovico, rege Francorum, die predicto, cum magno honore & maxima humilitate predicti regis & fratrum suorum, ita ut omnes qui aderant, viderant, & audierant multum nimis mirarentur, processionaliter nudis capitibus & pedibus, cruribus & brachiis, in civitate Parisius in Capella predicti regis, quam miris operibus & sumptibus in honore eiusdem sancte Crucis, & pretiosissime spinee Corone Iesu Christi Domini nostri, veri Dei & veri hominis fabricabat, honorifice reponitur....

27. ANONYMUS, MARGARETÆ REGINÆ CONFESSOR,

Vita s. Ludovici gallica.

[*Hist. de la France*, XX.]

p. 74 Li benoiez saint Loys avoit la *Coronne d'espines* Nostre-Seigneur Ihesu-Crist, & grant partie de la *sainte Croix* ou Dieu fu mis, & la *Lance* de laquele li costez Nostre-Seigneur fu perciés, & moult d'autres reliques glorieuses que il aquist. Pour lesqueles reliques il fist fere la Chapele a Paris en laquele len dit que il despendi bien quarante mil livres de tornois & plus; & li benoiez rois aourna dor & dargent, & de pierres precieuses, & dautres ioiaux, les lieux & les chasses ou les saintes reliques reposent; & croit len que les aournemenz desdites reliques valent bien cent mile livres de tornois & plus.

28. GUILLELMUS DE NANGIAGO,

Chronicon (- 1300).

[Ed. Géraud, I.]

p. 190 MCCXXXIX. Sanctus Ludovicus rex Francie fecit sibi *Coronam spineam* sacratissimam, qua Christus filius Dei voluit in passione sua pro nostris enormitatibus coronari, de Constantinopolitanis partibus Parisius asportari; & a nemore Vicenarum, milliario ab urbe distante, quinta feria post Assumptionem beate Virginis, matris Domini, ipsam rex & fratres sui, cum maximo cleri plebisque tripudio, nudis pedibus incedentes, primo usque ad maiorem Beate Marie ecclesiam, & inde ad Capellam domus sue, quam ipse mirabili & sumptuoso opere construi de novo fecerat, cum hymnis & canticis dulcissimis deportaverunt. Non multo post, audiens idem rex devotissimus quod Iohannes de Bregna, Constantinopolitanus imperator, multum a suis depressus

adverfariis, deficiente fibi pecunia quamdam fummam pecunie a Venetis mutuo fumpferat, & pofuerat loco pignoris vexilla Dominice Paffionis, fcilicet maximam *partem fancte Crucis*, & *ferrum Lancee* qua fuit latus Dominicum perforatum, & *Spongiam* cum qua aceto potatus eft, permiffu & dono ipfius imperatoris & eius generi Balduini, tantas reliquias, fuis redemptas opibus, procuravit Parifius deportari, & in Capella domus fue, in caffa aurea, fecit honorifice collocari.

29. IDEM,
Gesta Ludovici IX,
Latine & gallice.
[*Hist. de la France*, XX.]

Quando fancta Corona Domini fpinea, ac magna pars fancte Crucis, & ferrum Lancee, quod lateri Domini infixum fuit, allata funt Parifius. p. 326

Videns autem Ludovicus, rex Francie, quod requiem de fuis hoftibus fibi Dominus tribuiffet, non ingratus nec immemor beneficiorum fibi ab ipfo Domino collatorum, anni regni fui tertiodecimo, & etatis fue xxiiij, ab Incarnatione vero Domini M.CC.XXXIX, per folemnes & certos nuntios de partibus Conftantinopolis fecit *Coronam* facratiffimam, qua Chriftus, Filius Dei, pro noftris enormitatibus in paffione fua coronari voluit, apportari. Et a nemore Vicenarum quinta feria poft Affumptionem beatiffime Marie Virginis ipfam rex & fratres fui cum maximo cleri plebifque tripudio, nudis pedibus ufque ad ecclefiam Sacratiffime Marie Virginis Matris Domini, Parifius attulerunt. Ibi enim, ex precepto regio, Odonem Clementis abbatem ecclefie Sancti Dionyfij cum fuis monachis oportuit intereffe. Qui monachi, illucefcente aurora in nemore Vicenarum, quinta feria prelibata, fe albis & capis induentes, groffos in manibus tenentes cereos, honeftius

COMMENT LA SAINTE COURONNE, ET GRANT PARTIE DE LA VRAIE CROIX, ET LESPONGE DE QUOI DIEUS FU ABEURÉS EN LA CROIS, VINDRENT. p. 327

Li roys Loys qui vit que Diex li ot ia donné iiij ans & plus pays en fon royaume & repos de fes anemis, fi noublia pas les biens & les honneurs que i li avoit fait; ainçois, pource que gegnieur pais venit & feut tous iours en fon royaume, il fit & pourchaffa, tant vers lempereour de Contantinoble, qui lors etoit venus en France pour avoir fecours contre les Grieux, qui li donna & otroia la fainte Couronne *defpines dont noftre Sires fu couronnés au iour de fa paffion. Li roy Loys envoia meffagiers certains & follempnez avefques les meffages lempereour Baudouin, en Contantinoble, & fit aporter mout honnourablement la fainte Couronne en France. Il*

ceteris cunctis processionibus qui ibi aderant, cum rege & clero Parisius devenerunt. Processio quidem monachorum Beati Dionysij in media navi ecclesie Beate Marie Parisiensis remansit, ceteris processionibus separata. Cantor vero ecclesie Sancti Dionysij a nemore Vicenarum usque ad ecclesiam Sacratissime Virginis, tanquam specialis cantor pre ceteris cantoribus aliarum processionum, omnes cantus incipiebat. Et tunc maxime in navi ecclesie Matris Domini, antiphonam ad honorem eiusdem Matris & Virginis Marie, scilicet « Ave Regina celorum » intonans, inchoavit, quod omnes obstupuerunt audientes. Inde usque ad Capellam, quam dominus rex in sua domo Parisius mirabili & sumptuoso opere sibi construi fecerat, monachi Sancti Dionysij sacrosanctam Coronam cum hymnis & canticis dulcissonis deduxerunt, ubi ad honorem sanctissime Corone cereos, quos gestabant in manibus, in conspectu omnium qui ibi aderant, devote & humiliter obtulerunt. Non multum post audiens & intelligens devotissimus rex Ludovicus, quod Constantinopolitanus imperator quandam summam pecunie mutuo sumpserat, & posuerat in loco pignoris vexilla Dominice Passionis, scilicet *maximam partem* sanctis-

ala encontre iusques a Sens, & la reçut mout honnourablement a grant ioie & a granl leesce, & puis la fit aporter moult solempnement iusques au bois de Vicennes, qui est iouste Paris, en lan de grace Nostre Seigneur M.II.C.XXXIX. Le vendredi enprès la feste de la Assumption Nostre Dame, li roys Loys vint du bois de Vicennes nus piez & desçains en pure sa cote, & ses freres Robers, Ansours & Charles; aporterent les saintes reliques de la sainte Couronne moult honnourablement, a grant compangnie de pueple & de clergie & de religieus faisans grans melodie de chans, & vindrent a grans processions iusques a leglise Nostre Dame de Paris. A celle procession sollempnel fu, dou commandement le roy, Eudes Climens qui estoit lors abbés de Saint Denis en France, & tout son couvent, mout honnourablement revestus daubes & de chapes de soie précieuses & riches, & tenoient en leurs mains gros sierges. Plus honnourablement vint la pourcession de Saint Denis que nule des autres iusques en leglize de nostre Dame de Paris. Le chantre de Saint Denis commença, dès le bois de Vicennes iusques a leglise Nostre Dame, aussi comme especiaus chantres par dessus tous les autres des pourcessions, tous les chans qui adonc furent chanté, comme antenes & respons; & si commença en la nef de leglize Nostre Dame lantene que len clame Salve Regina, en lonnour Nostre Dame; si haut le commença, que tuit cil qui loirent furent esmerveilliè. Après ce, li abbés & li couvens de Saint Denis, dès leglize Nostre Dame iusques a la maison le roy, convoierent a pourcession la sainte Couronne en chantant hymnes & cantiques espiritueus; & iluec ofrirent leurs sierges en la chapele le roy, ou la sainte Couronne fut mise. Enprès ce en poi de temps, li roys Loys entendi que les gens lempereour Baudouin dessus dit, estoient

sime *Crucis*, in qua Christus pro nobis pependit, & *Spongiam* cum qua aceto in siti sua suspensus potatus fuit, & *ferrum Lancee* sanctissimum, quod latus ipsius sacratissimum pro nostrarum sanandis animarum vulneribus perforavit, tantarum reliquiarum metuens alienationem, vilipensis huius mundi divitiis, ut Christum lucrifaceret, per personas authenticas & honestas redemptas suis opibus sacrosanctas reliquias, que nostre sunt verissima redemptionis insignia, sibi fecit Parisius apportari. Et sicut sanctam Coronam, ut superius dictum est, sic & istas pretiosas reliquias archiepiscoporum, pontificum & abbatum caterva vallatus mirabili, usque ad Capellam domus sue, cum processione cleri & populi, devotissime & humiliter deportavit, & capsam pretiosam & admirabilem, ex auro & argento lapidibus pretiosis intextam, ad predictas sacras reliquias honorifice recondendas fecit subtili & admirabili operum varietate fabricari. In eadem vero Capella canonicos & capellanos, qui ibidem divinum servitium in perpetuum celebrarent, instituit, atque magnos redditus eisdem, ut inde sustentarentur, sicut decebat maiestatem regiam, assignavit....

en si grant poureté en Contantinoble, que il avoient ba'llié en gages pour une grant somme d'argent, grant partie de la sainte Crois *ou Diex fu crucefiez, & Lesponge de quoi il fu abeurez en la crois, & le* fer de la Lance *dont Longis le feri el costé. Si se douta forment li bons roys que si saintes reliques ne feussent perdues par defaute de paiement ou estrangies. Li bon roys, qui prisa poi les richesses du monde pour gagnier lamour de Dieu, fit tant par devers lempereour Bauduin, qu'il envoia personnes honnestes & autentiques a ceus qui les reliques tenoient en gages, & les desgeva de ses propres richesses. Il les fit aporter mout honnourablement en France, & les fit mestre a grant pourcession & sollempnel darcevesques, de evesques, de abbés & de religieus, a Paris en la Chapelle ovec les autres reliques, en une mervellieuse chace dor & dargent, ouvree & par entour avironnee de pierres precieuses. En icelle Chapelle, qui est la plus belle que nus veit onques, fit mestre li roys chanoines & chapelains & clercs, qui nuit & iour font le service de Nostre Seigneur, & establi rentes dont il pueent estre soufisaument & honnourablement soustenu....*

30. GUILLELMUS GUIART,

Branche des royaux Lignages (- 1307).

[Ed. Buchon, II.]

... Fu (par quoi France est confortée)
De Costentinoble aportée
(Si con la cronique me donne)
La très precieuse Couronne,
La très digne, la très honeste, p. 9
Que Iésu Christ ot en sa teste,
Si con Iuïs l'en abrièrent,
Le iour qu'il le crucefièrent,

En l'umanité domagent.
De ceus de Grece, dont la gent
Iert adont par guerre endetée,
L'avoit sainz Loïs achetée.
A Paris, quant on li tramist,
Dedans sa Chapelle la mist;
Ileuc la fist-il encagier.
Après fist li roi desgagier
(De Dieu servir en espérance)
Le glorieus fer de la Lance
Dont Longis la char Dieu sevra,
L'Esponge *à quoi l'en l'abevra,*
Et grant part *de cèle* Crois *sainte*
Où sa char fu pour nous destrainte
Des mains au commun de Venise,
Qui, comme par marcheandise,
Orent presté, pour les avoir,
Aus Grezois grant plenté d'avoir,
Duquel ge ne sai dire somme.
Lors ot saint Loïs le preudomme,
Qui tout ce tant se travailla
Que l'en leur devoit en bailla,
Et les remist, quant il fu quite,
O la couronne desus dite,
En la gracieuse maison.

31. ANONYMUS CADOMENSIS,

Chronicon (- 1324).

[*Hist. de la France*, XXII.]

p. 23 ... Verum dum vivebat [Ludovicus IX], *Corona Domini spinea* sibi concessa est ab imperatore Constantinopolitano : que honorifice cum hymnis & laudibus & processione maxima, in capella regis Parisius collocatur anno Domini M.CC.XXXIX. In hac etiam est magna pars *Crucis Dominice.*

32. ANDREAS DANDULUS († 1354),

Chronicon, lib. X, cap. V, n° 14.

[Muratori, XII.]

p. 349 [1234] Imperator del Zagora, Ioanni Vitacio, qui se in Acolino colligeret, scribit, ut secum parentelam faciat, & Latinos a parte orientali invadat & ipse idem faciat a parte occidua; & ob hoc Iohannes, imperator Constantinopolitanus, & Theophilus Zeno, pro Venetis potestas, nuntios, duci mittunt, qui potentiam Grecorum exponunt, & celere subsidium ad communes expensas implorant, &, pro parte imperatori tangente, *Coronam Domini de spinis, partem Ligni Crucis, Lanceam & Spongiam,* loco pignoris, assignant, & sic de mittendo stolo per Venetos deliberatum est.

Ibid., n° 26.

p. 352 [1240] Ludovicus, rex Francie, Venetias nuntios misit, & *partem Crucis, Lanceam & Spongiam* Christi, quas Iohannes, imperator Constantinopolitanus, Venetis pignoraverat, eo permittente, redemit, &, aliquali parte duci gratiose dimissa, portari fecit Parisius, ac devote reposuit in Capella domus sue quam de novo sumtuoso opere construi fecerat.

33. IOHANNES DE IPRA († 1383),

Chronicon Bertinianum.

[Martène, *Thes. Anecdot.*, III.]

Quomodo Corona Domini spinea per s. Ludovicum Parisiis est allata. P.

Iohannes Brennensis, dudum rex Ierusalem, per Fredericum imperatorem nequiter expulsus, postea in imperatorem Constantinopolitanum per papam promotus, in possessionibus imperij sui veniens, pauca inde recepit emolumenta. Habuit autem de uxore sua, filia Castellæ regis, filios duos, Iohannem & Ludovicum: & cum parum aut nihil haberet, unde milites suos stipendiarios sustentare posset, magna compulsus egestate, duos filios suos prædictos pro decem millibus librarum pignori Pisanis obligavit, & post hoc *spineam Coronam*, qua Dominus noster Iesus Christus a Iudeis in passione sua fuerat coronatus, similiter Pisanis obligavit: quam Coronam sanctus Ludovicus rex Franciæ, consilio matris suæ, ducenta millia librarum redemit a Pisanis, & in Franciam transferre fecit. Cum Parisius appropinquarent qui Coronam adferrent, episcopus Parisiensis cum toto clero, cappis sericis induti, processionaliter illi obviam exierunt; nobiles etiam & omne vulgus cum gaudio simul omnes occurrunt; rex etiam ipse, & frater eius Robertus, comes Arthesij, nudis pedibus & laneis tunicis ad carnem induti; & in eodem loco extra villam, susceperunt sanctam Domini Coronam prædictam, & in suis humeris usque ad ecclesiam B. M. Virginis portaverunt, & inde oratione completa, ad regis palatium, in nova Capella, quam rex propter hoc miro opere construi fecerat, reposuerunt die sancti Laurentij, mense augusti; & præbendas canonicales eis qui ibidem perpetuo servirent, assignavit. Miracula in hac sancta delatione Coronæ tot evenerunt, quod non esset leve narrari. Brevi post hoc tempore, allata est regi Franciæ, Parisius, magna pars *Crucis Dominicæ*, in die Exaltationis eiusdem, anno MCCXLI.

34. ANTONIUS ASTESANUS,

Epistolarum heroïcarum liber tertius (1451).

[*Hist. de Paris*, I.]

RELIQUIÆ SANCTÆ CAPELLÆ.

Dicitur esse illic ferrum *quo* Lancea *cæci* p. 536
Longini munita fuit, dum vulnera Christo
Intulit, &, sacro respersus sanguine, tangens
Mox oculos, visum semet mirante recepit.
Dicitur esse etiam Vestis non sutilis *illic*,
Quam Iesus a puero gessit, quæ Virginis almæ

Facta manu, occulte (dictu mirabile) tantum
Crescebat, quantum corpus sublime gerentis;
Necnon & Panni *quibus illum infantia texit*;
Illaque quæ Christo sitienti Spongia *durum*
Perfusa in liquido potum porrexit aceto.
Illic esse ferunt & Clavum *de tribus unum,*
Qui cruce pendentis foderunt duriter Agni
Artus, & factam spina ex pungente Coronam,
Quæ caput infixum positi fuit in cruce Christi,
Dum nos æterna pius ille a morte redemit;
Quæ ne forte queat non illa Corona putari,
Tali nempe die quali nos credimus ipsum
Occisum Christum Iudæa a gente fuisse,
Floruit interdum, floresque reliquit ibidem.
Illic esse ferunt etiam Sudaria sacra,
Illa quibus Christum tumulandum, impulsus amore,
Involvit Ioseph, partem aut (ne fallar) eorum;
Lintea*que illa quibus fuit is precinctus in aula,*
Quando pedes comitum lavit mitissimus Agnus;
Et Sceptrum, & partem Tumuli, *diramque* Cathenam,
Quæ Christi insontis purissima membra ligavit;
Et Lignum vere Crucis & lac Virginis *almæ,*
Ac partem pepli, Precursoris*que* capillos,
Atque caput Blasij, Clementis, Simeonisque,
Et quæ præterea nimis esset dicere longum.
Quæ sacra ex victo fidei quam credimus hoste
Ad Gallos Magnus portavit Karolus olim,
Aut alij reges, dominive, ducesve vetusti
Gallorum, in toto quos virtus extulit orbe;
Ne mirere ergo si Sancta Capella vocatur.
Est etiam in dicto res non reticenda sacello,
Quæ facit antiquæ monimenta perennia palmæ,
Tibia, pesque ingens cum sævis unguibus eius
Alitis immensa, quam vix Gothofredus & acer
Et fortis pugna valuit superare feroci,
Ut rear Arpias diras, fœdasque volucres,
Æneam tanto non affecisse labore.
Transeo quod tanta duplicatum est arte sacellum,
Ut, quantum supra, tantum celebretur id infra.

35. *La Mer des Histoires.*

[Paris 1488, in-f., t. II.]

f. 198 ... Et aprez [sainct Loys] ala outre mer sur les Sarrazins, dont il raporta *la saincte Couronne,* de quoy Nostre Seigneur fust couronné &

la mist en la Sainčte Chapelle du palais, que de nouveau il avoyt faičt faire.

... L'an xxixe, qui est de Hiesucrist mil II^c XXXIX, la sainčte Couronne d'espines, dont Nostre Seigneur fust couronné en sa passion, fust portée de Constantinoble en France, & mise en la Sainčte Chapelle du palais à Paris que ledit sainčt Loys avoit nouvellement fondée, en y donnant rentes & possessions pour vivre. f. 199

Ung peu de temps aprez ce, furent audit lieu semblablement aportées *grande partie du fust de la vraye Croix* de Iesucrist, *l'Esponge* de quoy il fust abruvé, & *le fer de la Lance*, de quoy Longis le frapa au costé, & vindrent lesdites reliques dudit empereur de Constantinoble, car luy & les siens se trouvèrent en si grande indigence qu'ilz les engagèrent, dont sainčt Loys les delivra.

36. MARINUS SANUTUS IUNIOR,

Vite dei duchi Veneziani (- 1493).

[Muratori, XXII.]

... In tempo di questo doge, l'imperadore di Constantinopoli, nominato Giovanni, per mantenere el suo imperio, impegnò à Veneziani la *Corona di spine* di Christo, e la *Lancia*, e la *Sponga* della sua Passione, e del *Legno* della *Croce*, e fu servito; le quali cose poi pel re Luigi di Francia furono riscosse, e portate in Francia a Parigi. p. 550

37. ÆGIDIUS DONGOIS († 1690),

Mémorial.

[Arch. Gall., LL, 619.]

... La *vraie Croix*, la *Lance* & plusieurs autres reliques, spécifiées dans les *Leçons* de la fête des Reliques, furent engagées par Baudouin aux Templiers. S. Louis envoya des ambassadeurs pour les recevoir, mais, arrivés à Constantinople, ils apprirent que Guy, chevalier françois, ayant eu avis du désir du roi & reçu les ordres de Baudouin, étoit parti de Constantinople pour aller en Syrie, où il avoit retiré la vraie Croix seulement, & que revenu à Constantinople, il avoit reçu de Baudouin les autres reliques pour les rapporter en France. f. 7

* * *

II

DE RELIQUIIS IN BELGIUM ADVECTIS.

38. ANONYMI LAUDUNENSIS (- 1218),

Chronicon.

[*Hist. de la France*, XVIII.]

p. 713 ... Eodem tempore [1205] allate sunt quedam *reliquie*, per quemdam monachum ipsius loci, ad cenobium Lecciarum, que ibidem a fideli populo cum debita devotione venerantur. Erat autem monachus predictus frater cuiusdam Girardi de Walecurt, cui imperator ex toto incumbebat, qui, ut ei crederetur super reliquiis, litteras imperatoris, auro sigillatas, cum litteris patriarche ad dominum papâm attulit, ob quam causam papa Innocentius suis litteris testimonium perhibuit veritati. Girardus quoque de Walecurt iam dictus, & ipse ad ecclesiam de Walecurt *reliquias* transmisit precelsas, ob quarum gratiam, ipsa ecclesia celebris populorum frequentia merito debeat frequentari.

39. REINERUS († 1230),

Annales.

[Pertz, XVI.]

p. 659 [1206.] Quidam clericus Traiectensis, qui per vij annos in civitate Constantini manserat, hoc anno rediit, *portionem*que magnam vivifice *Crucis*, quam multo tempore affectaverat, cum aliis pretiosis reliquiis sanctorum, secum attulit, & ecclesie Beate Marie in Traiecto cum summa devotione presentavit.

40. *Chronicon rhythmicum Floreffiense* (- 1430).

[*Corpus chron. Flandriæ*, VIII.]

p. 72 DE SIRE WÉRI VIe ABBÉ, ET DES TRÈS-SAINTES RELICQUES DE L'ÉGLISE DE FLOREFFE.

Sixème abbé fut sire Wéri,
Qui grans previlèges acquery.
A lui donna le comte Phelippe
Une grande partie, *come digne relicque,*
De la sainte Croix *Nostre Seigneur.*
Donnè li ot li empereur
De Constantinoble, son frère,
L'an douse cens par grant mystère.

41. *Chronicon Floreffiense.*

[Arch. reg. Belg., nº 769.]

... Wericus, sextus abbas, non minus magnatibus gratus quam sanctimonij exemploque vitæ excellens, & prædecessorum suorum vestigiis inhærens. Sub eo, Philippus, comes Namurcensis, Balduini Constantinopolitani imperatoris frater, Constantinopoli nobis *magnam sanctæ Crucis partem* attulit, quæ pars stillavit non modicas sanguinis guttas in præsentia totius conventus & parochianorum in die Inventionis sanctæ Crucis anno 1204 (*sic*). f. 5, rº

42. *Chronicon Lætiense* (- 1530).

[*Corpus chron. Flandriæ*, VII.]

... [1208.] Anno secundo imperatoris Henrici, translatæ sunt sacrosanctæ reliquiæ, ab urbe Constantinopoli in ecclesiam Lætiensem missæ a gloriosissimo imperatore, per venerandum Thomam, ipsius ecclesiæ Lætiensis sacristam; in primo decembris die exceptæ sunt. p. 425

* * *

III

DE RELIQUIIS IN ITALIAM ADVECTIS.

a) *Ad Venetias.*

43. PETRUS CALO († 1350),

Vita s. Anastasij.

[In Cornelij *Ecclesiæ Venetæ antiq. monum.* (IV, 358) recensita.]

...Nunc autem *corpus* [*s. Anastasij* monachi] dicitur esse Venetiis in capella Sanctissime Trinitatis, & portavit ipsum dominus Valaressus [de Valaresiis], quando ceperunt Constantinopolim Veneti, & dicitur frequenter ibi sentiri odor mire suavitatis atque fragrantie.

44. FABIANUS CRETENSIS (s. xiv),

Vita s. Eutychij.

[Cornelius, *Eccl. Venetæ ant. monum.*, VIII.]

p. 156 ... Anno vero Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, duce tunc Venetiarum inclyto Iacobo Theupolo, Rome autem Innocentio IV, pont. max., imperatore vero Frederico II, sacratissimum [*s. Eutychij*] *corpus* Venetias delatum est, & in phano Divi Georgij cognomento Maioris honorifice in altari reconditum, die xxij mensis aprilis, ubi diuturna hymnorum laudumque precatione a monachis devotissime colitur.

45. ANDREAS DANDULUS († 1354),

Chronicon Venetum.

[Muratori, XII.]

L. IV, cap. X, nº 2.

p. 46 Theodorus vir militaris ...... capite mutilatus est V id. novembris, *cuius reliquias* Ancharius in patriam detulit, que de Mesembria sub Raynerio Zeno duce Venetias delata sunt [1267].

L. VI, cap. VI, nº 9.

Post vj annos Heraclius cum victoria Conftantinopolim rediens, p. 112
detulit fecum *corpus Anaftafij Perfe* ...... [quod] fub Henrico
Dandulo duce delatum eft Venetias.

L. X, cap. IV, nºs 39-41.

... [1204.] Devoti etiam principes fanctorum occultatas reliquias tam- p. 331
dem inveniunt; & obtinuit dux mirificam *Crucem* auro inclufam,
quam post inventionem matris Conftantinus in bellis fecum detulerat
& *ampullam Sanguinis* miraculofi Iefu Christi, & *brachium fancti
Georgij martyris* cum *parte capitis fancti Iohannis Baptifte*, quas dux
mittens Venetias in fua capella collocari iuffit....

Inventis fimiliter *corporibus* fanctarum *Agathe* & *Lucie* virginis,
que Bafilius & Conftantinus Auguftus de Sicilia deferri Conftantino-
polim fecerant, dux obtentum corpus fancte Lucie Venetias, in mona-
fterio Sancti Georgij mandavit, quod in ecclefia eius nomini dedicata
repofitum eft. Corpus vero beate Agathe quibufdam Siculis pere-
grinis conceffum eft.

Plebeij etiam Veneti, nomine Andreas Balduino & Angelus
Drufiaco, de oratorio Sancte Marie adherente ecclefie Sancte
Sophie, *corpus fancti Symeonis* prophete cum labore auferunt, quod,
Venetias delatum, in ecclefia antiquitus fub fancti vocabulo fabricata,
reponunt.

L. X, cap. IV, nº 17.

...[1207.] Angelus Faledro, folus procurator ducalis Capelle, tabu- p. 337
lam altaris S. Marci, additis gemmis & perlis, ducis iuffu, reparavit.

Ibid., nº 20.

[1211.] Octavo ducis anno, Aycardus, regularis canonicus Venetus, p. 338
de Conftantinopoli *corpus fancte Helene*, ex monafterio fuo nomine
dedicato, fubtiliter abftulit, quod, Venetias tranflatum, in fuo recon-
didit monafterio.

Ibid., nº 27.

[1214.] Roaldus, prior Sancti Danielis de Venetiis, pro vifitatione p. 339
ecclefie fibi commiffe Conftantinopolim pergens, de Grecorum
ecclefia nominata Theotocos, *corpus Iohannis martyris*, qui apud Cefa-
ream fub Diocletiano paffus eft, abftulit, &, rediens, in fuo monafterio
collocavit.

Ibid., nº 37.

[1222.] Paulus, abbas monafterij Sancti Georgij de Venetiis, de p. 342
monafterio Pantepoftis de Conftantinopoli, fibi a duce conceffo,
corpus fancti Pauli, qui fub Conftantino Copronymo martyrium
paffus eft, cum favore Marini Storlato, pro Venetis poteftate inibi,
Venetias in fuum tranftulit monafterium.

Ibid., cap. V, nos 2 & 3.

p. 346 [1230.] Secundo anno, ignis, in sanctuario Sancti Marci casualiter eveniens, reliquias plures & ducalia privilegia concremavit; sed *Crux* quedam *de Ligno Domini*, tabule impressa, aliquali parte tabule combusta, illesa inventa est.

Extra urbem Constantinopolitanam Ioannes de Bora, de quodam monasterio, pretio & precibus inductis custodibus, *corpus beate Marine* virginis, que in cenobio monachorum accusata de adulterio, penitentiam egit, abstulit, & Venetiis, in ecclesie Sancti Liberalis, nunc vocata eius nomine, collocavit.

Ibid., no 27.

p. 352 [1239.] *Corpus sancti Pauli primi heremite*, quod Emanuel imperator Constantinopolitanus, in monasterio Sancte Marie Permilepti, ab eo constructo, deposuerat, nunc Iacobus Lanzolo ab abbate & monachis, absque capite quod prius Romam fuerat delatum, obtinuit, & rediens, Venetias in ecclesia Sancti Iuliani devote deposuit.

Ibid., cap. VII, no 13.

p. 366 [1257.] Hoc anno, Iacobus Dauro cum galeis x mare Ponticum intrat, & Mesembriam urbem cepit, & de ecclesia Sancte Sophie *corpus s. Theodori* martyris, qui, interfecto dracone, iussu Licinij Augusti decollatus est, abstulit, quod Marcus Dauro, postea Venetias deferens in ecclesia S. Salvatoris plebe sua collocavit.

Ibid., cap. VII, no 17.

p. 368 ... [1258.] Raphael quidam adduxit Venetias *corpus s.* [*Barbare*], atque in ede Dive Marie Cruciferorum collocavit.

46. LAURENTIUS DE MONACIS († 1429),

Chronicon de rebus Venetis (- 1354).

[Ed. Cornelius, Venet. 1758, in-4.]

p. 51 ... Tempore autem Henrici Dandulo ducis, post subiectionem Constantinopolis, repertæ sunt multæ pretiosæ reliquiæ, ex quibus dux obtinuit mirificam *Crucem*, auro inclusam, quam imperator Constantinus, a matre repertam, in bellis secum deferre solebat; & *ampullam Sanguinis* miraculosi Domini Nostri Iesu Christi, & *brachium sancti Georgij* martyris, cum *parte capitis sancti Ioannis Baptistæ*, quas dux misit Venetias, & in sua cappella, in ecclesia Sancti Marci, collocari iussit. *Corpus* etiam *sanctæ Luciæ* virginis, quod Basilius & Constantinus Augusti de Sicilia deferri Constantinopolim iusserant, dux

misit Venetias, quod primo positum in ecclesia Sancti Georgij, postea in ecclesia eius nomini dedicata reconditum fuit. Quidam etiam de plebe Veneti, scilicet Andreas Balduino & Angelus Drusino, eripuerunt de oratorio Sanctæ Mariæ, adhærente ecclesiæ Sanctæ Sophiæ, *corpus sancti Simeonis* prophetæ, quod, delatum Venetias, reponitur in ecclesia antiquitus sub huius sancti vocabulo fabricata. Ducante autem Petro Ziani, Aicardus, regularis canonicus Sanctæ *Helenæ* de Venetiis, caute transtulit de Constantinopoli Venetias *corpus sanctæ* prædictæ, & in suo monasterio collocavit. Sub eodem duce, Roaldus, prior Sancti Danielis de Venetiis, pergens Constantinopolim, visitatum ecclesiam sibi subditam, de Græcorum ecclesia, vocata Theotocos, abstulit *corpus sancti Ioannis martyris*, qui apud Cæsaream sub Diocletiano passus fuerat, &, in reditu, in suo monasterio collocavit. Paulus, abbas Sancti Georgij de Venetiis, de monasterio Pandepotis de Constantinopoli, sibi a duce concesso, *corpus sancti Pauli*, qui sub Constantino Copronymo martyrium passus est, cum favore Marini Storlato, pro Venetis potestatis, Venetias in suum transtulit monasterium. Ducante Iacobo Theupulo, extra urbem Constantinopolitanam Iohannes de Bora de quodam monasterio, pretio & precibus inductis custodibus, *corpus beatæ Marinæ* virginis, quæ in cœnobio monachorum, accusata de stupro, pœnitentiam egit, abstulit, & Venetiis in ecclesia Sancti Liberalis, nunc vocata eius nomine, collocavit. Sub eodem duce, *corpus sancti Pauli primi heremitæ*, quod Emmanuel imperator Constantinopolim in monasterio Sanctæ Mariæ Periblepti, ab eo constructo, deposuerat, Iacobus Lanzolo, ab abbate & monachis, absque capite quod prius Romam fuerat delatum, obtinuit, & rediens Venetias, in ecclesia Sancti Iuliani devote deposuit. Sub Raynerio Geno duce, Iacobus Dauro cum galeis decem mare Ponticum intrat, Mensebriam urbem capit, & de ecclesia Sanctæ Sophiæ *corpus alterius sancti Theodori martyris*, qui, interfecto dracone, iussu Licinij Augusti, decollatus est, abstulit, quod Marcus Dauro postea Venetias deferens, in ecclesia Sancti Salvatoris de plebe sua collocavit. ... De translatione corporum, & reliquiarum prædictorum sanctorum, clarius sole scripturis liquet authenticis.

47. *Cronaca Zancaruola* (- 1448).

[Bibl. Marciana, class. VII, nº 1274.][1]

Del corpo dela madonna sancta Lucia adducto in Venexia. f. 189 v°

... In tempo di questo doxe, messer Rigo Dandolo, *el corpo de sancta Lucia* fo aducto in Venexia, & ancora el *corpo de sancta Agata* per

1 A Georgio Delphino (Zorzi Dolfin) [*Chronica delle famiglie nobili di Venexia* (- 1478), cod. Bibl. Marcianæ, cl. VII, nº 794, p. 74] fere ad verbum expressa.

Biasio[1] & Constantino Agosto de Cicilia: i quali corpi sanctissimi suo adducti de Constantinopoli,[2] i quali suo aressi nel monestier de S. Zorzi; dopoi facta la giesia de Sancta Lucia, li fo colocado el suo glorioso corpo.

48. MARINUS SANUTUS IUNIOR,

Vite dei duchi Veneziani (- 1493).

[Muratori, XXII.]

p. 533 ... [1205.] In questo tempo Andrea Baldovino tolse da Constantinopoli, da una chiesa di Santa Maria appresso Santa Sofia (non so il modo), il *corpo di san Simone* apostolo, e portolo a Venezia, e fu posto nella sua chiesa, dov' è al presente. Etiam il *corpo di santa Lucia* e *di sant' Agata* furono tolti da Constantinopoli, e portati in Sicilia a Siracusa. Ma dipoi il detto corpo di santa Lucia fu traslato in questa terra, e posto nella sua chiesa, come dirò di sotto. Ancora hò trovato in due cronache, che sotto questo doge Arrigo Dandolo, e non sotto Aurio Mastropiero, da Constantinopoli il doge ebbe la *Croce d'oro* col Legno della Croce, che portava Constantino imperadore di Roma in battaglia, del miracoloso *Sangue di Christo* in una ampolletta, e *parte del capo di san Giovanni Battista*, e il *braccio di san Georgio* martyre; le quali reliquie furono mandate a Venezia, e poste nella capella del doge, nel santuario. E l'imperadore, che restò a Constantinopoli, ebbe *la Corona di Christo di spine*, & *del Sangue di Christo*, con altre reliquie, le quali egli mandò in Francia, e furono poste in San Dionigi. E nota, che ho trovato nella cronica Dolfina, che i sopradetti corpi di sant'Agata e santa Lucia in questo tempo furono ritrovati in Constantinopoli, che Basilio e Costantino imperadori li tolsero di Sicilia da Siracusa, e li portarono in Constantinopoli. E il corpo di santa Lucia fu tolto pe' nostri, e mandato a Venezia, e posto nella chiesa dell'Annunziata, dov'è al presente, e si mostra, e si chiama ora Santa Lucia, e sono monache osservanti dell'ordine di sant'Agostino. Ma quello di sant'Agata, ovvero Agnese, fu conceduto ad alcuni Siciliani, che portaronlo in Sicilia a...... Tamen a Siracusa è l'arca d'argento, e dicono d'aver' eglino il vero corpo di santa Lucia. E Angiolo Baldovino e Angiolo Drusiaco popolari, come nella cronaca Dolfina appare, portarono a Venezia da Constantinopoli il *corpo di san Simone* apostolo. Ancora furono portati a Venezia *quattro cavalli* grandi *di bronzo* dorati, ch'erano a Costantinopoli; i quali fu-

1 Et de san Biaxio (Dolfin); — 2 Li quali corpi Constantin Augusto li faceva portar a C. P. (Dolfin).

rono fatti in Persia, e quando i Romani acquistarono la Persia, tolsero i quattro cavalli, e li fecero portare alla marina. E fecero mettere sulle loro monete e medaglie nel rovescio i detti quattro cavalli, e portati poi a Roma. Demum Costantino imperadore romano, quando andò ad abitare a Costantinopoli, cioè a edificare la detta città, tolse i detti quattro cavalli di Roma, e li portò con lui. Ed è opera eccellentissima, ben gittata e netta. Uno de' quali cavalli era sulla galera di ser Domenico Morosini sopracomite, e per sinistro si ruppe un piede di dietro. E giunti a Venezia, e scaricati, furono posti sopra la chiesa di San Marco, sopra la porta dove sono al presente. E questo fu del ...... Ma il detto ser-Domenico Morosiniolle tenere per memoria quel piede. Onde la signoria ne fece fare un'altro, e aggiugnerlo al cavallo, come al presente appare. E io ho veduto il detto piede sopra d'un modione su di una casa a Sant' Agostino, ch'era casa di Ser' Alessandro Contarini quondam ser Carlo, il quale maritò una figliuola unica in ser Marco Tiepolo da Sant' Apostolo. Il quale, fabricata la casa a Sant' Apostolo, fece togliere il detto piede da Sant' Agostino, e lo mise nella detta sua casa, sopra un modione, di fuori a un cantone. Ma poi fu levato via, non so la cagione, e al presente il detto piede è ......

Nel 1231, il santuario di San Marco s'abbruciò, lasciatogli il fuoco dentro. Onde s'abbrugiarono molte reliquie di santi, e privilegi antichi. Tamen fu trovata una *croce di Legno della Croce* di Christo, posta in un legno, il quale attorno era abbruciato, e la croce senz'alcuna lesione. E di questo tal fuoco è una nota antica nel detto santuario di quello che seguì; e d'una ampolletta, dov'era *del Sangue di Christo*, rivolta in zandado, che'l fuoco non l'offese, e infino il zendado si preservò. La copia della quale scrittura voglio alla fine della vita di questo doge mettere. E s'abbrugiarono ancora assai giojelli. E poi fu tolta la cenere di dette reliquie, e tutte raccolte, furono poste in dentro in certa arca marmorea.................. p. 550

In questo tempo [1241] da Constantinopoli fu portato a Venezia il *corpo di santa Marina* per un Giovanni di Bora, il quale l'ebbe per danari da coloro, che aveanlo, e fu messo nella chiesa di San Liberale, che poi si chiamò Santa Marina, e si mostra a tutti. Questo corpo era in certa chiesa di fuori di Constantinopoli. Ancora il *corpo di san Paolo primo eremita* da Constantinopoli per Iacopo Lanzuol fu portato in questa terra; il qual corpo l'imperadore collocò nella chiesa di San Marino di Parvulepso di Constantinopoli. E il detto Iacopo ebbe modo d'averlo dall' abate e monaci, senza però il capo; e fu posto nella chiesa di San Giuliano, e iun' naltare, e non si mostra.

Noto, che in tempo di questo doge, come in una cronica ho veduto scritto, essendo Iacopo Dauro capitano di dieci galere veneziane, prese la città di Mesetria in mare di Ponto, e nella chiesa di Santa Sofia, tolse il *corpo di san Teodoro Martire*, il quale fu ucciso, e poi p. 564

dicollato; e portato a Venezia, fu messo nella chiesa di San Salvadore, dove trovasi al presente.

[Adi 14 septembre 1468, el di di santa Croce, di questa terra fu fatto solenne procession attorno la ghiesia di San Marco & piazza, per il *Legno della Croce & uno dei Chiodi* trovadi nel santuario di S. Marco in un tabernacolo, el qual già anni 250 era stà occulto, che'l non si aveva visto. Erano procuratori delle ghiesia di San Marco Andrea Contarini, Nicolò Marcello, & Nicolò Tron, si che niun vivente sapeva, che tal degne reliquie fosse in questa terra; le qual fu portade attorno in procession, tamen erano bolle de papa Gregorio nono & decimo, che seva fede de tal degne reliquie, & fu poste in li suoi tabernacoli separade con grandissima reverentia.][1]

49. PETRUS IUSTINIANUS,

Rerum Venetarum historia.

[Venet. 1560, in-f.]

p. 36 .. In ipso autem vestibuli fastigio, in fronte foris, quattuor aenei equi auro micantes, infrenesque admirabili atque alacri statu, edito in loco prominent, similemque pari corporis motu adeo gressum ducentes habent, ut in subiectam latissimae areae planiciem pariter desilire videantur, Lysippi, ut aiunt, opus, quod eximium est, & prisci quidem saeculi. Hique a Tyridate, Armeniae rege, Neroni dono dati dicuntur, quos postea Constantinus imperator Roma Byzantium devexit, inde Venetias translatos, Zianus celeberrimi templi culmine stabili perpetuaque sede constituit: persimilesque aereo in numismate antiquissimo incisos cum Neronis Caesaris ex altera parte effigie, Paulus Ramusius, Ioan. Baptistae filius, adolescens elegantissimi ingenij ac vetustatis amator, nobis visendos oculis subiecit.

50. FRANCISCUS SANSOVINUS,

Venetia città nobilissima.

[Venezia, 1581, in-4.]

p. 38 ..... In corte di palazzo, si trovo pieno di molte reliquie. Poco piu oltre nel cantonale per fianco, s'entra nel santuario, sopra la cui porta vi è un Christo con la sua vera effigie. In questo luogo si conservano le reliquie & le gioie, percioche vi si serba principalmente: una *ampolla del vero Sangue di Christo*, il quale venuto a Barutti dalla città di Ierusalem, fu di quindi portato a Venetia, come riferisce il

1 Haec ultima, in Cornelio (*Eccl. Ven. ant. monum.*, X, p. 156), ut e Marini Sanuti *Vitis ducum Venetorum* excerpta, quae quidem in Muratoriana deficiunt editione, desumpsimus.

cardinal Contarino nelle opere sue; ma il Dandolo scrive che fu mandato a Venetia da Costantinopoli, dal doge Henrico Dandolo. Questo si mostra due volte l'anno, il giovedi santo alle scuole & fraterne, & la vigilia dell'Ascensione alle donne. Vi è similmente *un gran pezzo del Legno della Croce*, il quale essendo legato in certo ornamento, entrato fuoco in santuario l'anno 1230, si conservò intero, ancora che l'ornamento fosse mezzo arso; *la Croce che portava addosso Costantino imp.*; *uno de chiodi* del Signore; *una parte della creppa di san Giovanni Battista*; *un pezzo di Colonna* dove Christo fu flagellato; *una spina della Corona*; *parte del braccio, & di una gamba di san Giorgio*; *parte di una gamba di san Theodoro*; un dito grosso di san Marco; parte delle braccia di san Sergio & Bacco; un braccio di san Magno; una costa di san Giovanni Chrisostomo; *una imagine di nostra Donna dipinta da san Luca*; un bellissimo dito della Maddalena; il vargelo di San Marco, scritto di sua mano, che si hebbe l'anno 1472, & molte altre cose, che si sono havute in diversi tempi, parte dalla Grecia, quando i nostri vi hebbero dominio, & parte da diversi principi del mondo per diverse occasioni, & secondo che le cose sono andate, com ben noto a chi legge le historie, & tutte approbate dal papa, allora che entrato fuoco nel santuario l'anno 1230, le predette reliquie rimasero intatte, si come, per processo formato per ordine suo sopra questa materia, si vede. Poco piu a dentro è la stanza di quelle gioie & di quegli ornamenti ch'il volgo chiama communemente Tesoro, meritevole d'esser veduto & considerato per la quantità sua, il quale si hebbe parimente, parte per la divisione che fecero i nostri della città di Costantinopoli, co'i Francesi l'anno 1202, poco piu o meno, parte per altri acquisti di molte altre città, fatti dalla rep. ne tempi andati, & parte in diversi altri modi. Percioche l'anno 1343, Giovanni imp. de Greci diede alla Signoria diversi balasci, & furono riposti in santuario. Sono in questo santuario diverse corone, come pettorali d'oro purissimo & massiccio, tempestati di finissime gioie per tutti i lati, smeraldi, topatij, rubini, chrisoliti, con perle di straordinaria grandezza, corni interi d'alicorno, carboni grossissimi, vasi d'oro, chiocciole d'agata & di diaspro di grandezza mirabile...

51. PAULUS RHAMNUSIUS,

De bello Constantinopolitano historia.

[Venet. 1604, in-f.]

... Hic ... exponemus ... rerum mobilium, & moventium partitionem, & quæ Dandulo obvenerint; ...... Prædarum igitur & manubiarum nomine quoniam intelliguntur (id quod vulgo notum est) mobilia & moventia; in moventium portione Veneti (quæ prima fuit partitio) censentur equorum, iumentorum, mancipiorum multi- p. 129

tudo longe maxima. Præterea de mobilibus, auri pondo ad decem millia, argenti ad quinquaginta, veſtis ſtragulæ ac ſericæ & ſupellectilis magnus numerus; ſerici infecti, pondo infinitas: pellium item quantivis precij ingens copia; poculorum ex auro, argento, ære, gemma, & toreumatum, quæ tot Orientis imperatores, ex immenſa illa opum amplitudine reliquerant, vis maxima; vaſa præterea, & crateres ex auro & gemmis, ad ornamentum multorum abacorum. Nam præter innumerabilia, quæ veteris ſacrarij incendio MCCXXXVIII, Iacobi Theupuli ducis tempore, conflagrarunt, hodie quoque quamplurima, atque in his nonnulla *Murrhina* C. N. Pompeij, de regibus Mithridate & Tigrane victoria & triumpho nobilitata, inter ſacros theſauros ſpectantur. Scyphi præterea, calices, phyalæque iuſtæ magnitudinis ex callaide gemma, quam a colore turchinam hodie vocant, iaſpide & purpureo amethiſtino lapide, illuſtrium artificum ſcalpturis nobiles, fundo arabicis, ut videre licet, caracteribus cœlati. Inſuper, complurium Auguſtarum ornatus & geſtamina, & ea aurea, quæ pectus amiciunt, ad pompam gemmis innumerabilibuſque unionibus exornata. Coronæ ſolido ex auro permultæ, margaritis diſtinctæ, quæ nummario precio vix extimari poſſunt. Super hæc, bullæ & annuli, quorum in palis gemmæ & maximi precij lapides incluſi; viſuntur enim prægrandes ſmaragdi, & eximij ponderis carbunculi, pinnato fulgore radiantes, qui in maxima ara Marciana ſolennibus ſacris, vel umbrante tecto ſublati, liquidioribus flammis ſcintillant atque acriter exardeſcunt. Saphiri præterea miræ magnitudinis, topazij, gryſolithi & hyacinthi, quarum rerum dactylothecam Auguſtorum refertam victores compilarunt. Hodie meliori conditione, ædis Marcianæ procuratoribus cura demandata, Divi Marci gazophilacio (Theſaurum vulgo appellant) dedicatæ. Statuarum quoque, ſimulacrorum & tabularum ingens numerus. *Equi ænei quatuor* affabre facti, rarum opus & perantiquum, quos ex circo detraxerant (Hippodromum Græci dicunt), qui iuxta antiquam Byzantij deſcriptionem, in
130 tertia urbis regione fuit, ubi alij permulti eximij operis, marmorei, & ærei equi incurvis cervicibus luxuriantes, ad Romanæ magnitudinis exemplum, ſuperbis fornicibus inſidebant, ob artificis præſtantiam ab omnibus expetiti, & per maria ac terras, ut pedum fractura indicat, ultro citroque inſanis regum ſumptibus toties deportati....

....

131 Sed a Venetis, cum præda reliqua in urbem victricem tranſlati, meliore quam uſquam loco, hodie omnium quæ in Europa ſint nobiliſſimum opus, ſed amoto aurigario ſpectantur Venetiis, in ſummo Divi Marci propilæo, ad occidentem ſolem, præclarum imperij, quod reſpub. poſtmodum adepta eſt in continente, præſagium: & eodem quo Romæ ac Conſtantinopoli, alacri ſtatu prominentes, omnibus admirabiles, aureæ ædi Marcianæ non mediocre ornamentum afferunt. Ad hæc ſanctioris notæ res, *ampulla*, ſeu vaſculum ex chryſtallo, Do-

mini omnium noſtrum ſoteris *Chriſti Sanguinis*, qui Berythi, ex eius
imagine ab Iudæis confoſſa, ſingulari miraculo manavit, Athanaſij
libello & II Nicæni concilij teſtimonio valde nobilis. Is Sanguis,
cum non minori miraculo Marciani veteris ſacrarij, quod diximus,
incendium MCCXXXVIII divinitus evaſerit, hodie Venetiis in Marciana
æde, loco religione ſanctiſſimo (Sanctuarium dicunt), quod
nobiliſſimo opere introrſus præditum, ſanctiore templi parte, æternis
ignibus ante fores conſtitutis, Divi Marci procuratorum diligentia
& religione ſervatur. ....:.......................
Porro autem ipſe *Sanguis* ſacroſanctus nunquam ex adytis, niſi Dominicæ
cœnæ ſacratiſſima nocte magnæ hebdomadis, & ea quæ Domini
Aſcenſionem præcedit, de ſecunda vel tertia vigilia, ingente
concurſu ex tota civitate in ædem facto, maxima veneratione depromitur,
tum quoties profertur, quamplurimis accenſis funalibus
(ita enim mos traditus) Marcianæ ædis canonici & procuratorum
unus venerabundi circumſiſtunt, & cum cæteris ſacrarij reliquiis, ex
ſacra concione procumbenti palam populo, ſolenni cæremonia oſtendunt.
Eum Sanguinem mihi genu innitenti, ex ipſo chryſtallo intra ſacrarij
aditum inſpicere per ocium licuit, & contemplari; ac quod
ſummæ felicitatis fuit, ſacroſancti vaſculi pedem chryſtallinum exoſculari;
tribuit enim hoc mihi ſingularis beneficij loco Mæcenas olim
meus, Franciſcus Contarenus, Zachariæ equitis filius, ipſius ædis Marcianæ
procurator, ſacrarij præſes, & ſenator perilluſtris, fore illud
aliquando arbitratus, ut, dum ex Villharduini, equitis Franci, commentariis
hiſtoriam belli Conſtantinopolitani contexeremus, quorum
ille commentariorum pervetuſtum codicem, gallica conſcriptum ve- 132
tere lingua, veneranda facie, & literis prope cadentibus exaratum,
aliquot ante annos, ex Belgio, ad Carolum V reipub. legatus, in
patriam retulerat, huiuſce ſacroſancti Sanguinis Berythenſis miraculi,
cæterarumque reliquiarum, quas Dandulus Conſtantinopoli cum reliqua
præda, ante trecentos quinquaginta annos, in urbem miſerat,
mentionem, ad Veneti nominis decus, ſed ad ipſius potiſſimum Marcianæ
ædis gloriam, faceremus. Inter ſacras igitur res, quæ, ex Conſtantinopolitana
præda, Dandulo obvenere, præter ampullam Sanguinis
Berythenſis, *trunculus* viſitur *Ligni Crucis* Domini, quem divo Conſtantino
in prælium eunti, præferri ſolenne erat, ab Græcis Auguſtis,
qui poſt Conſtantinum imperarunt, ſummo ſemper honore ac
religione habitus, eiuſdem ſacrarij conflagratione inviolatus receptus.
Clavus unus ex iis, quibus Chriſtus Dominus cruci affixus, quem
idem Conſtantinus in bello ad conum galeæ, nobiliſſimarum criſtarum
loco religioſe geſtabat. *Spina* item de eiuſdem ſummi regis Corona
decerpta. Nam reliqua Corona, imperatoriæ partis fuit, & Conſtantinopoli
a Latinis imperatoribus ſummo cultu habita, quam annos ferme
ſexaginta poſt, Balduinus, eius nominis II, Latinorum autem imperatorum
poſtremus, Ludovico, Francorum regi, qui poſtea in divorum

numerum relatus eſt, in Galliam donò miſit, eo forte tempore, quo idem Balduinus ſexageſimo fere anno, quam a Latinis imperari cœptum fuerat, amiſſa Conſtantinopoli, & a Michaele Palæologo per proditionem recepta (chier Michalim appellabant), opibus atque potentia exhauſtus, utpote omnium templorum donariis ablatis, cunctos Europæ reges adiit: nec quiſquam, præter Ludovicum, Francorum regem ſuppetias tulit, quum Blanchæ matris precibus, magnam ſignati auri vim, & navales terreſtreſque copias, liberali ſtudio contuliſſet, id immortale beneficium ut gratiſſimo animo coleret Balduinus, repignoratam Coronam Ludovico regi, tanquam unum omnium ampliſſimum munus, liberaliſſime donavit; eam hodie Lutetiæ Pariſiorum in ſacello regio, quod Sancta Capella dicitur, una & *Lanceam* & *Spongiam*, Dominicæ paſſionis inſtrumenta, ſtatis diebus, accenſis cereis adeunt & omnes reverenter exoſculantur.

Sed ut ad Venetos revertamur, ceſſit præterea *fragmentum Columnæ*, cui deligatus Chriſtus Dominus, & flagris cæſus, in eiuſdem Marcianæ, ædis ſacrarium illatum ....

113 Inſuper in partem ceſſit, *brachium divi Gregorij* martyris, una & *portio capitis divi* præcurſoris *Ioannis Baptiſtæ*, quod olim Theodoſius maior in ſuburbiis Conſtantinopolis, templo ad Hebdomum excitato, e Coſlao vico trans Boſphorum, Pantichio Chalcedonis proximo, quo, Valente imperante, ex Cilicia Conſtantinopolim divi eiuſdem caput delatum fuerat, ad urbem tranſtulit, quæ reliquiæ ſumma ſanctimonia colendæ, Venetias importatæ, & in Marciana æde, ad omnium venerationem & victoriæ monumentum, Danduli iuſſu ſtatutæ ſunt. Sed præcurſoris præſertim, non minori ædis ornamento quam ipſius civitatis lætitia, erga divum ob multitudinem miraculorum amico animo, iampridem affectæ, quandoquidem eius divi *dextra*; ea dico, quæ Chriſtum, Deo genitum atque ipſum Deum, ad Iordanem amnem, baptiſmi lavacro reſperſit, aliquot ante annos in Divi Hermachoræ & Fortunati æde, Canaregij regione, aureo tabernaculo, ſumma civitatis religione aſſervaretur, quæ una omnium reliquiarum quæ in urbe ſunt, in publica cæremoniarum pompa, ſub umbella hodie circumfertur; *imago* præterea *Divæ Mariæ* pervetuſta in tabula, quam ſuperius Alexio Ducæ Murtzuflo, ex inſidiis noſtros invadenti, in prælio una cum curru, quem illi carrocium vulgo appellabant, ademptam fuiſſe memoravimus, cum in partem ceſſiſſet, Veneti in urbem aſportarunt, tanto monumento, tantam urbem ornaturi. Eam Auguſti, quoties exercitum Conſtantinopoli educebant, ſalutare ſignum Græcorum, ſub umbella præferebant; quin & hodie quod pluribus miraculis illuſtrata, in Divi Marci accenſis cereis ac thure, ſtatis diebus Deiparæ Virginis, eximia veneratione colitur ſupplicationibuſque circum Marcianam aream, ſolenni cæremonia circumfertur; divi Lucæ opus ferunt. Obvenere etiam inter res ſacras,

134 divarum *Agathæ* & *Luciæ corpora* quæ ex Sicilia, ducentos ante annos

Basilio Porphyrogenito & Constantino fratre imperantibus, Siciliam tum Salentinosque obtinentibus, Constantinopolim advecta fuerant: divæ Luciæ corpus Venetias missum, Agathæ vero Siculis, quibusdam piis viris rogantibus, Danduli munere libenter donatum. Sed cum divæ Luciæ corpus multos annos repositum fuisset, apud abbatem Divi Georgij, in insula e regione Ducarij, divo Georgio dicata, quæ ducalis ædes olim erat, & velut in ditione Veneti principis, cum dicendi abbatis ius illi esset, omnibus ornamentis a principe honestabatur, inde in urbem proprio delubro cum sacratarum virginum domo, de eius nomine erecto, deportatum fuit: eius tantum divæ *brachio*, quod hodie visitur, Divi Georgij sacrario ob exosculantis archimandritæ miraculum relicto. Quo tempore divorum *Symeonis*, qui Christum Dominum senior in ulnas accepit, & Iohannis cognomento Eleemosinarij, patriarchæ Alexandrini *corpora*, per Venetos cives æmulatione religionis, summa pietate in urbem advecta: illud, ex sacello Deiparæ, quod Sophiano templo accubat, Andreæ Balduini & Angeli Drusenti, virorum pietate insignium opera & sumptu, hoc Raynaldi Danielij; quorum alterum, in Divi Symeonis, cognomento Magni, Cruceia regione, æde eius cognomine, alterum in Divi Iohannis Baptistæ ad Brachoram Castellana regione, rite honoramus.........
Tantumdem rerum omnium ad imperatorem & Gallos delatum. 135
Porro ut prædarum magnitudo in universum breviter referatur, satis constat, sine iis, quæ furto periere, quæque item Venetis seorsum ex pacto æris alieni persoluta sunt, in publicum quater centena millia argenti pondo relata; item equi omnis generis, numero ad decem millia.

52. ANDREAS MAUROCENUS,

De sacris lipsanis in D. Marci templi repertis.

[In eiusdem *Opusculis*, Venet. 1625, in-4.]

. . . Visuntur [in basilica S. Marci] quamplures præstantissimæ reliquiæ, obstinata industria collectæ, eximio cultu veneratæ. Constat, Byzantio a Venetis & Gallis capto, Græcorum imperio ad Latinos translato, quartam illius partem cum dimidia Venetis obtigisse, Sophiæ celeberrimum templum in Henrici Danduli, Venetorum ducis, sortem concessisse, imperatoria gaza, pretiosum suppellectile, *sacris lipsanis* inter Venetos, Gallos, ac Balduinum imperatorum partitis, tertiam reipublicæ accessisse, eaque ad urbem delata mirum in modum civitatis templa, atque in primis Divi Marci basilicam, nobilitasse. p. 56

53. IDEM,

L'acquisto dell'imperio di Constantinopoli.

[Venet. 1627, in-4.]

p. 104 ... Non tralascierò, prima che io passi più oltre, di dire per satisfare à quelli che si dilettano di ricercare le antichissime memorie della nostra città di Venetia, quello che si hà di molte pretiose reliquie, con le quali fù per l'aquisto di Constantinopoli ella molto annotabilita. Prima una *croce fatta del Legno della santissima Croce* di Nostro Signore, ritrovata già da Elena, madre del gran Constantino, con oro e gemme ricoperta, la quale è fama che egli portasse, quando li occorreva di combatterre con gl' infideli: un' *ampolla di Sangue miracoloso* di Nostro Signore Giesu Christo; il *corpo di santa Lucia*, il qual già Constantino e Basilio imperatori havevano fatti portar di Sicilia in Constantinopoli; il *corpo di san Simeon* profeta, che soleva esser collocato nell' oratorio di San Marco, vicino alla gran chiesa di Santa Soffia, ritrovato da Balduino & Angelo de' i Drusiani, cittadini Veneti: fù riposta la Croce, e l'ampolla del Sangue miracoloso nella chiesa di San Marco, capella delli principi: il corpo di santa Lucia nella chiesa di San Georgio maggiore, situata all' incontro del palagio ducale, che poi fù transportato nella chiesa intitolata dal nome di questa vergine; quello di san Simeon profeta fù portato nella chiesa dedicata anticamente alla sua memoria. La croce, e l'ampolla hoggidi si conservano nella sopradetta chiesa con grande veneratione, e la sera del Giovedi Santo, con innumerabili concorso di gente e con solennissime processioni, si mostrano al popolo. Si trova nelle publiche memorie, che essendosi nel tempo del principato di Giacomo Tiepolo, acceso il fuoco dove erano riservate e custodite con altre queste due pretiosissime reliquie, furono ambedoi ritrovate illese; del qual miracoloso accidente havendo io diffusamente scritto nel trattato *De sacris lypsaniis, in Divi Marci templo inventis*, ad esso rimetto il curioso lettore. Non si deve ne anco chiudere in silentio la memoria delli *quattro cavalli di bronzo*, che per la materia e per il lavoro riescono di somma eccellenza, che sono riposti nella più alta parte della chiesa di San Marco sopra la porta maggiore, de quali uno fù condotto sopra la galea di Domenico Moresini sopracomito, e si dice che essendosegli rotto un piede di dietro, questo fusse al sopracomito concesso, che per memoria la conservo, e fù posto sopra di un piedestallo nella contrata di Sant' Agostino, alla casa di Alessandro Contarini, figliuolo di Carlo, il quale havendo data per moglie una sua figliuola unica à Marco Tiepolo, che habitave nella contrata di Santi Apostoli, & havendo fabricata la casa, la fece levar dal primo luoco, e riporre in un' angolo di fuori della medesima in sito conspicuo.

54. PAULUS MAUROCENUS,

Historia della citta e republica di Venetia.

[Venet. 1637, in-4.]

Reliquie & cose preciose portate da Constantinopoli à Venetia : p. 151

Le cose pretiose que pervennero in potere de vincitori furono per eccellenza e per valori inestimabili e meragliviose. Di queste a Venetiani toccarono, come viene de Greco autore con molta distintione e diligenza racconto, *molte sante reliquie* & *imagini* piccole, e grandi, e calici, e patene de Sancta Sanctorum (cosi dice egli), molti paramenti di gran valore, e altre cose eccellenti della chiesa de Santa Soffia; fra le quali *le porte* della medesima, che sono quelle chiudano la chiesa di San Marco; in oltre più cose levate da monasterij, e chiese, che n'erano abbondantamente adorne, con *libri de' santi Evangelij*, e altri in diverse lingue; *doi turibuli d'oro* di Santa Soffia, di bellezza, vaghezza, e fatura tale, che non si possono senza maraviglia vedere; *la palla* tutta *d'argento dorata*, con figure di Nostro Signore, della Beata Vergine, degli apostoli, profeti, dottori, e martiri, che e posta nella chiesa de San Marco; *la croce* portata *dal gran Costantino* all' hora che combatte e vinse Massimiano; la sacratissima *imagine della Beate Vergine*, fatta da San Luca; *dodeci corone*, *dodeci pettorali*, riccamente gioiellati, la maggior parte delle quali cose insieme, con un' *ampolla del Sangue* del Signore, e altre reliquie sono tuttavia (se non in quanto alcune da grave incendio seguito nel ducato di Giacomo Tiepolo restarono consunte & incenerite), con molto decoro, e le reliquie con debita riverenza nel santuario, ò tesoro, nella chiesa di San Marco da procuratori, che le custodiscono, tenute, e conservate..... Nel frontispicio della chiesa si vedono, i *quattro cavalli di bronzo*, che, levati della piazza dell' Ippodromo, furono etiando da Costantinopoli, in premio della vittoria riportati. Era enco restata di ragion di Venetiani *la sacra Mensa*, me non potè salva esser condotta à Venetia, perque la nave que la conduceva nel mare di Marmora (già detto Propontide), appresso Costantinopoli, si aperse, nè fu possibile ricuperarla.

* * *

b) *Ad loca diversa.*

55. OGERIUS PANIS,

Annales Genuenses (- 1219).

[Pertz, *SS. RR. Germ.*, XVIII.]

p. 121 ... [1203.] Postmodum [Latini], obliti dominice Crucis receptionem, & ipsam crucem proiicientes, Constantinopolim perrexerunt, & civitatem ceperunt & expoliarunt, ecclesias expoliantes & cruces & testes evangeliorum crustantes, & *reliquias sanctorum* inter se dividentes, huc & illuc miserunt.

p. 122 ... [1204.] Cum multi Ianuenses, undique congregati, cum galeis vj Romaniam intrassent, inter quas fuit quedam galea de Portu-Veneris, invenerunt quamdam navem de Constantinopoli redeuntem, in qua ceperunt magnam pecunie quantitatem, & multas *reliquias sanctorum* & *cruces Dominicas* & inter se diviserunt, & pars, que galee Portus-Veneris contigit, Ianuam adducta fuit & per ecclesias, prout vocabula sanctorum erant, divisa.

56. FRATER SALIMBENE,

Chronicon (- 1287).

[*Monum. prov. Parmens.*, III.]

p. 121 ... Per hunc locum [Alvernam, in Tuscia] transivi aliquando, quando redibam ab Assisia, quo iveram devotionis causa: & ostendit mihi sacrista magnam quantitatem *Ligni Dominice Crucis*, quod habuerat frater Mansuetus, a rege Francie bone memorie sancto Lodoyso, eo quod nuntius esset pape Alexandri IV, missus ad eum.

57. IACOBUS AURIA (1294),

Continuatio Caffari.

[Ad calcem *Libri de liberatione civitatum Orientis*, Genov. 1859, in-8.]

p. 54 ... Et in dicto loco est alia vera crux que hoc modo Ianue est delata, & vocatur *Crux Elene*. Nam cum Venetici cepissent Constantinopolim, anno Domini M.CC.III, mittebant in quamdam navim istam crucem comuni Venetie. Quidam civis Ianuensis Deodedelo, pyraticam artem exercens, eam cepit, & Ianue deportavit, ubi scripte sunt littere grece. Dicitur autem *Crux Elene:* quia, cum beata Elena, mater

Conſtantini, Crucem Domini meruerit invenire, poſt paſſionem Domini de ipſo ligno hanc crucem fecit, &, poſt eius obitum, in civitate conſtituit ad orandum reliquit; procedente tempore Conſtantinus patriarcha crucem dictam argento ornaverat, ut predictis litteris, in cruce ſcriptis, plenius continetur.

58. *Chronicon Amalphitanum* (- 1294).

[Muratori, *Antiq. Ital.*, I.]

...Dominus Petrus Capuanus, cardinalis, portavit *corpus ſ. Andree* apoſtoli de Conſtantinopoli in Amalphiam, a. D. 1208, & collocavit illud in confeſſione, quam, & cum titulo deſuper, ipſe cardinalis fecerat. p. 215

59. IACOBUS DE VORAGINE († 1298), *Chronicon Genuenſe.*

[Muratori, IX.]

... Poſt captionem autem Conſtantinopolitane civitatis ſancta Crux que dicitur crux ſancte Helene, fuit Ianuam deportata. Dicitur autem *Crux ſancte Helene*, quia cum ipſa ſancta Helena Crucem Domini reperiſſet, partem eius laminis argenteis & aureis, & margaritis ornavit, & Conſtantinopolim ad ſuum filium deportavit. Verum cum Veneti crucem illam cum multis aliis reliquiis Venetias tranſmitterent, contigit quod quidam civis Ianuenſis, qui fuit de Fornariis nomine Dodeus, galeas duas contra Venetos armaverat, ex eo quod inter Ianuenſes & Venetos tunc diſcordia erat. Dictus igitur Dodeus mox navem illam cepit, & illam crucem ſanctam cum certis *reliquiis* Ianuam deportavit, quam quidam crucem communi Ianue, & eccleſie Sancti Laurentij magno munere dedit, ceteras autem reliquias ſibi retinuit, ſperans aliquo tempore ab aliquo principe pro ipſis remunerationem non modicam habiturum. Sed quoniam Deus noluit, quod tanto theſauro Ianue civitas ſpoliaretur, ideo poſt multum temporis ad fratres predicatores eedem reliquie, nobis procurantibus, devenerunt, que in eccleſia ipſorum fratrum cum multa reverentia reſervantur, quas etiam nos fecimus duabus tabulis cum laminis argenteis venerabiliter collocari. p. 44

60. GALVANEUS FLAMMA, *Manipulus florum* (- 1336).

[Muratori, XI.]

... Eodem tempore [1203] *Crux ſancte Helene*, quam ipſa Conſtantino, filio ſuo, in Conſtantinopoli miſerat, per ducem Venetiarum, Venetias mittebatur; ſed caſu Ianuenſes ipſam depredati ſunt, & in eccleſia S. Laurentij collocaverunt. p. 662

61. GUILLELMINUS SCHIAVINA,

Annales Alexandrini (- 1616).

[*Monumenta historiæ patriæ*, *Script.*, t. IV.]

p. 134 ..... [1204.] Annus illustris fuit; cæterum longe illustrissimus habitus est clade & direptione Constantinopolis, a Latinis pridie idus aprilis facta, Murzuflo imperatore exacto. In cuius plane urbis eversione, cum vis maxima sacrarum reliquiarum pretiosissimaque supellex rapta ad exteras gentes transierit, Alexandrini *frustum Ligni veræ Crucis* Christi, illinc delatum, dono adepti sunt.

p. 140 [1208.] Proximus annus maxime memorabilis Alexandrinis fuit, compendio & acquisitione *frusti Ligni* sanctissimæ *Crucis* Iesu Christi, Redemptoris nostri, quod quinto anno ante captum in eversione Constantinopolis, dum Latini, sacræ expeditionis duces, exactis Græcis, illorum imperio potiti sunt, Opicius Reversatus xij kal. ianuarij dono dedit Alberto Fontanæ, Alexandriæ prætori, qui illud nomine reipublicæ accepit. Donationis huius tabulæ sunt in hunc modum: « *Hæc est forma.* »[1]

Pretiosum & salutare hoc Lignum multis miraculis insigne, adhuc asservatur Alexandriæ summa religione, in templo maximo, in arca nivea, pulchro opere fabrefacta, atque marmorea parieti infixa, in qua etiam insunt alia nobilissima pietatis recondita monimenta, utpote: una ex spinis Coronæ, qua ipse Salvator Christus in passione sua est redimitus: item ampulla cum *Aqua*, quæ de eiusdem Christi, in cruce pendentis, latere profluxit; aliaque nonnulla, quæ omnia quotannis, statis diebus, magno totius civitatis & adiacentium populorum concursu ac frequentia, monstrantur & coluntur. Lignum enim, cum prius, id est ab initio quo donatum Alexandrinis fuit, ad nostram ætatem, die sancto Veneris, ante solemne festum Resurrectionis Dominicæ, peractis divinis officiis mane exponeretur, statimque reponeretur, tandem anno humanæ salutis sexcentesimo sexto supra millesimum, consilio Pietri Georgi Odescalchi, civitatis episcopi, huiusmodi expositione in diem iv [v?] non. maij, qui dies plane inventioni eiusdem sanctissimæ Crucis sacratus est, translata, novo & honorificentiore ritu coli cœptum est: nempe illo super altare maius collocato, totus dies ille in eo venerando, partim organis aliisque concentibus musicis, ac partim precibus piisque sermonibus, de ipsa

1 V. supra, II, p. 95, nº XXXV bis.

Cruce habitis, transfigitur, donec expleto die, sub vesperum videlicet, habitis supplicationibus per urbem, sacrum illud pignus in loco suo reponitur. Spina autem, quæ feria secunda post celeberrimum Paschalis festum pariter exhiberi consueverat, eo hoc tempore, die Veneris sancti ostenditur, ac protinus devota pompa circum templum in ipsam arcam cum Cruce reconditur, cæteris reliquiis interea sede sua non amotis. Clauditur arca undecim clavibus modo, antea novem tantum erant. Octo totidem nobilibus & originariis familiis civitatis sunt traditæ... Familiæ penes quas illæ habentur hæ sunt: Trotta, Ghiliina, Squarzafica, Pectenaria, Calcamugia, Robuta, Colla, & Arnutia postremo, quæ in locum Palmæ familiæ extinctæ, empta clave a Cæsare Palma, in hoc munere successit.

* * *

IV

DE RELIQUIIS IN GERMANIAM ADVECTIS.

62. OTTO SANBLASIANUS († 1223),

Chronicon.

[Pertz, *SS. RR. Germ.*, XX.]

p. 331 [1205.] Dux Venetiarum cum markione de Monteferrato ac multis Italicis, necnon & comes Flandrensis plurimique de regione Galliarum, Hierosolymitane ecclesie subvenire nitentes, cruce accepta, per Greciam iter arripiunt, ubi a Grecis & maxime a Constantinopolitanis, multis versutiis & iniuriis irretiti sunt. Unde permoti, profligata circa urbem regiam universa regione, belloque cum imperatore habito, ipsoque cum multis occiso, urbem obsessam expugnantes irrumpunt, in rapinamque efferati, nec ecclesiis parcentes, auri & argenti aliarumque rerum inestimabiles thesauros diripuerunt, Venetianis cum Pisanis, Genuensibusque, ac multis de omni Italia, Ungaria, Germania, Gallia, Hispania, ad auxilium eorum spe lucri vicissim tendentibus. Itaque multis occiduis regionibus divitie Grecorum invecte sunt, ac precipue ornatus templi, quod Iustinianus imperator in honorem Agye Sophie quondam construxit, multo auri extans pondere cum reliquiis sanctorum innumerabilium, quibus hec civitas prestabat omni Orienti, Venetiam ex maxima parte translatus est, aliis regionibus civitatibusque eisdem reliquiis thesaurisque admodum ditatis. Preterea abbas quidam nomine Martinus, cistertiensis ordinis, de monasterio Parisio, quod situm est in Alsatia, eandem expeditionem agressus, huic expugnationi Constantinopoleos interfuit, indeque maximam *partem vivifice Crucis* aliarumque *reliquiarum Dominicarum*, cum multis *sanctorum reliquiis*, ornatis auro & argento & lapidibus pretiosis, in patriam transtulit, hisque totam Germaniam cum Alsatia admodum nobilitavit.

63. *Chronicon Montis Sereni* (- 1225).

[Pertz, *SS. RR. Germ.*, XXIII.]

p. 171 ... [1203.] Constantinopolis a peregrinis Sancti Sepulcri & Venetianis, ordinatione Philippi regis, propter socerum ipsius regem, a Grecis expulsum, obsessa & capta, predaque eius inter victores divisa est. Ibi Conradus, Halverstadensis episcopus, qui unus fuit peregrinorum.

multiplicem ornatum ecclesiasticum in indumentis pontificabilibus & rebus aliis consecutus, multis & maximis *sanctorum reliquiis* ibidem acquisitis, Halverstadensem ecclesiam insignivit: ad quarum venerationem dies proxime sequens Assumptionem Dei genetricis deputata est, multis undique ad ipsam celebritatem concurrentibus, quando & reliquie ipse aspectui omnium vel etiam contactui exponuntur, & advenientes peccatorum suorum auctoritate apostolica consequuntur remissionem. Ex eo tempore, captionis videlicet predicte urbis, Greci ad communionem Romane ecclesie redierunt.

64. BURCARDUS BIBERACENSIS,

Chronicon (- 1226).

[Pertz, *SS. RR. Germ.*, XXIII.]

... [1204.] Expugnata ea parte civitatis (C. P.) magnam predam tulerunt, multasque reliquias sanctorum, auro & gemmis decoratas inde tulerunt, quarum postmodum vidimus quasdam. Quidam etiam abbas Cisterciensis ordinis, de loco qui vocatur *Parisius*, in nemore Vosego constitutus, plurimas reliquias ad monasterium suum detulit, que adhuc retinentur ibidem; an furtive sint, iudicet qui legit. An videlicet domnus papa, talem rapinam in populo christiano factam, potuerit iustificare sicut furtum Israhelitici populi in Ægypto, iustificatur auctoritate divina. p. 369

65. *Annales Colonienses maximi* (- 1237).

[Pertz, *SS. RR. Germ.*, XVII.]

[1204.] .... Constantinus [magnus hanc C. P.] divitiis replens & edificiis ornans, reliquias sanctorum apostolorum & aliorum sanctorum, ex diversis mundi partibus collectas, illic reposuit. Capta igitur urbe, divicie repperiuntur inestimabiles, lapides preciosissimi & incomparabiles, *pars* etiam *Ligni Dominici*, quod per Helenam de Iherosolimis translatum, auro & gemmis preciosis insignitum, in maxima illic veneratione habebatur, ab episcopis qui presentes aderant incisum, cum aliis preciosissimis *reliquiis* per nobiles quosque partitur, & postea eis revertentibus ad natale solum per ecclesias & cenobia distribuitur. p. 812

[1208.] III id. aprilis allate sunt nobis reliquie *capitis b. Pantaleonis* patroni nostri, que per Heinricum de Ulmene de Constantinopoli cum aliis innumeris *reliquiis* translate, & ab eo per dominum Albertum, abbatem de Lacu, nobis transmisse, & cum maxima veneratione totius cleri & populi suscepte, recondite sunt, cum aliis preciosissimis reliquiis, in capite argenteo & deaurato. p. 824

66. CÆSARIUS HEISTERBACENSIS († 1240), *Faſciculus moralitatis.*

[Ed. I. A. Coppenſtein, Colon., P. Henningus, 1615, in-4.]

Homilia dominice infra oct. Epiph., cap. I.

p. 122 ... Henricus de Ulme, miles honeſtus, cum plurimas reliquias precioſiſſimas, capta urbe Conſtantinopolitana, de monaſterio Sancte Sophie tuliſſet, quibus terram noſtram locupletavit, *dentem* etiam *beati Baptiſte Iohannis* ibidem reperit; quem in tantum dilexit, ut ceteris reliquiis diſtributis, ei in capella caſtri ſui altare edificare, & ibi eum perpetuo reponendum proponeret. Interim a Wernero de Bomlant capitur, datis tamen obſidibus, ad germanam ſuam, magiſtram in Inſula Sancti Nicolai venit, ad cuius inſtantiſſimam petitionem, eo quod mater eorum apud nos fuiſſet ſepulta, eundem dentem nobis obtulit. Miſſus eſt pro eo ſuperior noſter, & ego cum eo. Henrico ex promiſſo in captivitatem reverſo, una ſororum in ſomnis huius modi vocem audivit: « Mox ut dens venerit ad vallem Sancti Petri, « a vinculis & captivitate liberabitur Henricus. » Quod ita factum eſt.

67. IDEM.

Dialogus miraculorum.

[Ed. Strange, 1851, in-12.]

IV, 30.

p. 200 ... *Novicius:* Due cruces ſunt apud nos; que harum fuerit expediri volo. *Monachus:* Illa, in qua eſt lignum nigri coloris, que de Apulia venit. Alteram, que rubei coloris eſt, nondum habuimus, quam de eccleſia Sancte Sophie apud Conſtantinopolim ſublatam, contulit nobis Henricus de Ulme.

VIII, 54. *De dente eiuſdem* [*ſ. Iohannes B.*] *qui eſt apud nos, & de virtutibus per eum factis.*

p. 127 Eſt apud nos *dens* molaris & magnus eiuſdem *Precurſoris* Domini, tria habens cornua; qui qualiter ad nos devenerit, & quid per illum apud nos operatus ſit Dominus, tibi recitabo. Cumque vaſtata fuiſſet civitas Conſtantinopolitana a cruce ſignatis, & diverſi diverſa diripuiſſent, Henricus, miles de Ulme, inter reliquias pretioſiſſimas, etiam iam dictum dentem ſancti Iohannis tulit de eccleſia Sancte Sophie. Quem repatrians in tantum dilexit, ut in caſtro ſuo oratorium edificaret, ibi eum condere volens in altari. Quem ei germana eius, magiſtra in Inſula Sancti Nycholai, propter affectum quem habuit &

habet erga domum nostram, dari nobis suasit, sed tunc persuadere non potuit. Qui post breve tempus a Warnero de Bonlant captus, spe orationum nostrarum iussit eum nobis transmitti. Interim cuidam sororum predicti cenobij in somnis ostensum est, quod quam cito dens veniret ad locum nostrum, Henricum fore liberandum. Quod ita factum intelleximus. Nam prior noster per quem transmissus est, in flumine Rheni illius beneficio maximum evasit periculum. Henricus, comes Seynensis, habens militem honestum, sed mente captum, cum eo ad nos venit, sperans illum tum virtute reliquiarum, tum beneficio orationum nostrarum posse sanari. Qui dente sacratissimo signatus & tactus, tam celerem virtutis eius sensit effectum, ut vix ad iactum balliste de monasterio progrediens, se sanatum gratularetur. Est enim, ut supra dixi, magnus & fortis, & tantomagis ad curandas infirmitates validus, quantominus in masticandis cibis delicatis est usitatus.....

68. *Gesta Trevirorum* (- 1242).

[Ed. Wyttenbach & Müller, Trev. 1836-1839, in-4, I.]

... Nec pretereundum videtur, quod in diebus eius civitas Constantinopolitana a Theutonibus & Francis capta est, anno videlicet pontificatus eius xv, sed anno Dominice incarnationis M.CC.IIII. Quod precipue commemoramus propter hoc, quod ex eo facto insignita est Treverensis parochia quodam insigni clenodio.[1] Surrexerunt itaque viri virtutis cruce signati in subsidium Terre Sancte, & assumpto secum Alexio adolescente, filio Ysachij, & fratre uxoris Philippi regis, qui apud Philippum habebatur, venerunt Constantinopolim, & introducentes eum in civitatem, in paternum imperium coronaverunt solemniter imperatorem. At Marcolfus quidam cognatus eius, ipsum simul ac Nicholaum, quem paulo ante Greci sibi elegerant in regem, cepit & incarceravit, & strangulato Alexio, sibi imperium usurpavit. Qui, cum peregrinos nostros, in omnibus his extra civitatem morantes, vexare aggressus esset, ipsi permoti, in nomine Domini duabus vicibus assultum facientes, civitatem nimis magnam & nimis munitam, per gratiam Dei, vi comprehenderunt ij. idus aprilis, anno Domini M.CC.IIII, pulsoque nefandissimo incubo Marcolfo, Baldewinum, Flandrensem comitem, in imperatorem Constantinopolitanum consecraverunt. Erant ibi in hoc opere Suessionensis, & Trecensis, & p. 29[

1. *Al.*, Theutonicis - Henricus de Ulmena, Constantinopoli capta, *reliquias*, *magnam partem Crucis Dominice* deportavit, & tres partes, unam ad Sanctum Mathiam, alteram ad monasterium quod Stupa dicitur, tertiam ad Sanctum Panthaleonem in Colonia, cum *capite sancti Panthaleonis*, condonavit (cod. Trev., n° 1462).

Halberstadiensis, & Bethelehemitanus episcopi, cum ceteris principibus, asserentes, quod acceptabilius hoc factum esset Deo, quam si civitas sancta Iherusalem capta fuisset. Henricus autem de Ulmena, prefectus imperatoris, clenodium illud eximium, cuius supra meminimus, videlicet *tabulam electrinam* mirifici operis, cum *reliquiis* retro contentis, & *portione* magna *Ligni Dominici* inde asportavit, & illud cenobio monialium, quod Insula sive Stupa vocatur, supra Mosellam situm, contradidit.

69. *Chronica Australis antiqua* (- 1326).

[Freher, *SS. RR. Germ.*, I.]

321 [1205.] Eodem anno *portio sancte Crucis* non parva, cum sacris reliquiis, duci Austrie Leupuldo perfertur.

70. *Chronica S. Aegidij Brunswicensis* (- 1474).

[Pistorius-Struve, *SS. RR. Germ.*, I.]

1097 Anno Domini 1204, civitas Constantinopolitana capta est & spoliata, a Christianis, plurimis divitiis & rebus, ac multis *sanctorum reliquiis*, ut apparet in Venetia & Halberstat.

71. ORTILO,

Historia fundationis Campi Liliorum [1230].

[Hanthaler (Chrys.), *Fasti campililienses*, Linz 1756, in-f., II.] [1]

1308 *Hoc anno* (1219), *ducem ac parentem nostrum Leopoldum Deus feliciter ad nos reduxit. Nam postquam suo maxime consilio & sua fortitudine in proximo esset, ut christiani Damiatam caperent, ipse de præda non sollicitus, sed magis de filiis & patria sua, & etiam de suo monasterio, ut nobis postea dixit, per Ungariam rediwit in Stiriam, &, ex Græz, cum ambobus filiis Henrico & Friderico, licet parvulis, venit ad vallem nostram, &, nostra oscula multo cum gaudio suscipiens, pro orationibus gratias egit in festo sanctæ Magdalenæ. Sed vacuus non venit: honoratus enim ab Orientalibus, multis reliquiis sacris, plurimas nobis, ut charissimis filiis, donavit. Sed super omnia est insignis valde* particula sanctæ Crucis, *quam quidem non tunc, sed multo ante a Balduino accepit, sed hac occasione nos per eam clementi largitione æque divites & felices fecit, ac Mellicum & Sanctam Crucem, unde exivimus.*

1. De hoc fictitio textu superius in *Præfatione* differuimus.

* * *

V

DE RELIQUIIS IN ANGLIAM ADVECTIS.

72. RADULPHUS, COGGESHALÆ ABBAS († 1228),

Chronicon anglicanum.

[Ed. J. Stevenson, Lond. 1875, in-8.]

De sancta Cruce apud Bromholm.

In tempore illo [1204-1223], cum comes Balduinus Flandrensis, cum duce Venetie & sociis eorum, urbem Constantinopolim expugnassent & cepissent, & comes Balduinus imperator effectus est, contigit ut quidam presbiter, natione anglicus, rediret a terra Ierosolimitana in Constantinopolim, peregratione sua peracta, eo quod audisset quod Franci terram imperatoris Kirasici greci iam obtinuissent, & comitem Balduinum imperatorem fecissent. Cumque predictus presbiter capellam imperatoris frequentasset, & libenter cantaret, ac more patrio sedule ministrasset, retinuit eum imperator in capella sua & in obsequio suo, nimisque ei familiaris effectus est, ita ut traderet ei aliquotiens claves reliquiarum & secretorum suorum. Erat autem quedam sancta *crux*, ab antiquo tempore *de Ligno Dominice Crucis* secta, in quadam theca preciosa recondita, quam imperatores secum asportare consueverant in bello, cum inimicos suos expugnabant, ut per virtutem sancte Crucis de hostibus possent triumphare. Factum est postmodum quod imperator Balduinus duxit exercitum suum contra regem Iohannem Blakum, apud Adrianopolim civitatem Tracie, in septimana Pasce, oblitusque est secum ferre predictam crucem sicut moris erat. Quapropter festinanter misit per predicta cruce predictum capellanum, sibi familiarem, usque Constantinopolim, & cum interim imperator, ab exercitu suo semotus, incaute obequitaret ad predandum cum lx militibus, per insidias, captus est & incarceratus a Iohanne Blako. Occisus est etiam in illo certamine comes Ludowicus, filius Theobaldi, comitis Blesensis, & plures alij de exercitu eorum.

Cumque presbiter ille, qui pro cruce perrexerat, hos rumores audisset, clam cum cruce sancta de terra illa aufugit, venitque prospere in Angliam, & in Norfolkia, patria sua, diutius celebravit; nulli de thesauro suo, quem secum portaverat, confiteri voluit, nisi in extremis. Confessus est priori & canonicis de Warbrune, se talem crucem habere, quam eis largiretur, si duobus filiis vite necessaria vellent

providere. Quibus dissimulantibus, nec fidem eius assertioni habentibus, quod vicinus eorum diutius extiterat, & nil tale eis retulerat, perrexit presbiter ad quandam domum ordinis Cluniacensis, satis pauperculam, omnibusque bonis temporalibus indigentem, que vocatur Bromholm, & obtulit eis predictam crucem, hac conditione ut filiis suis in necessariis providerent, narravitque eis totam seriem allate crucis; qui cum magno gaudio & reverentia crucem sanctam susceperunt, & pueros suscipiendo nutrierunt.

Post hec & tanta signa atque miracula, per virtutem sancte crucis, in loco predicto ostensa sunt, quod de omnibus Britannie finibus ad adorandum illam sanctam crucem homines cum oblationibus devote advenirent, & infirmos, diverse egritudinibus vexatos, secum adducerent; quorum plurimi secundum fidem & devotionem suam ab egritudinibus ex toto liberabantur, alij aliqua ex parte remedium aliquod sentiebant. Itaque tantus excursus & occursus factus est diversarum gentium ad locum illum, quantus iampridem apud Sanctum Thomam, vel apud Sanctum Edmundum fieri consueverat, videntes signa & prodigia, & audientes ab aliis que ibi Dòminus operabatur per virtutem sancte crucis. Defunctus est itaque predictus presbiter, ante-
p. 203 quam ista miracula crebescerent, & sepultus est apud canonicos de Warbrune, quibus contulerat quandam *portiunculam* eiusdem *Crucis*, in quo etiam loco similiter miracula fiunt, & peregrinorum frequentia. Ex paupercula igitur domo de Bromholm, vix ab aliquo nisi a patriotis cognita, fit nobilis & famosissima, precipue in expensis & hospitalitate preclara, & ex edificiorum dirutorum nova & nobilis structura.

Non est igitur mirandum aut diffidendum, si, ex presentia Ligni Dominice Crucis & contactu, multotiens fiant diversa miracula inter recte & indubitanter credentes de virtute sancte Crucis, cum fere cuncta ecclesie sacramenta, & miracula que a iustis hominibus fiunt, per sancte Crucis signaculum fiant, quamvis illud pretiosum lignum presens non existat. Istud enim sacrosanctum signaculum multotiens nobis imprimimus ad tuitionem nostram, validum certe contra hostes invisibiles propugnaculum, per quod eorum virtus enervatur, potestas infirmatur, presentia fugatur, atque imminens periculum sepe devitatur.

73. ROGERIUS DE WENDOWER († 1237),

Flores historiarum.

[Ed. Coxe, Lond. 1842, in-8, t. IV.]

De Cruce Dominica apud Bromholm delata.

p. 89 ...Eodem anno [1223] apud Bromholm crebuerunt divina miracula, ad gloriam & honorem salutifere crucis, in qua Salvator mundi pati

dignatus est pro redemptione generis humani; &, quoniam tanto thesauro Britannia, in Oceano constituta, divina largitate meruit beatificari, dignum est, ymo dignissimum, memoriis posterorum imprimere, quo ordine a tam remotis partibus in Britanniam sit delata.

Verum comes Flandrensis Baldewinus, ex comite Constantinopolitanus imperator effectus, ubi per multorum curricula annorum strenue vixit, contigit illum a perfidis regibus quodam tempore graviter infestari, contra quos cum impetu & absque deliberatione progrediens, Lignum Dominicum cum aliis reliquiis, que semper ante illum a patriarcha & episcopis deferri consueverant, quotiescumque adversum inimicos Crucis prelium commissurus perrexit, hac vice portare neglexit, quod eodem die experimento miserrimo recognovit; nam, dum temere cum exercitu modico, non habito respectu ad multitudinem barbarorum, qui in decuplo exercitui suo superabundabant, in hostes proripit, in momento tam ipse imperator quam totus eius exercitus, ab inimicis Crucifixi circumvallati, omnes aut interfecti sunt, aut in captivitatem adducti: pauci quoque ex omnibus qui per fugam elapsi sunt, de imperatore quid actum sit vel quo devenerit, penitus ignorabant.

Erat autem ea tempestate capellanus quidam, natione anglicus, qui in capella imperatoris cum suis clericis divina celebravit mysteria, qui unus fuit ex custodibus reliquiarum & annulorum aliarumque rerum dicti imperatoris. Hic itaque, cum casum cognovisset de morte, ut omnes predicabant, domini sui imperatoris, ab urbe Constantinopolitana cum dictis reliquiis & annulis & rebus aliis multis, cum lapidibus pretiosis, latenter recedens ad Angliam usque pervenit, veniensque ad Sanctum Albanum, cuidam ibidem monacho quandam *crucem argenteam* & deauratam, cum *duobus digitis de sancta Margareta* & *annulis aureis lapidibusque pretiosis*, vendidit, que omnia nunc in monasterio Sancti Albani in magna veneratione habentur; deinde dictus capellanus de mantica sua quandam *Crucem ligneam* extrahens, ostendit eam quibusdam monachis, de qua etiam affirmavit cum iuramento quod indubitanter erat ex Ligno illo, in quo Salvator mundi pro redemptione generis humani pependit; sed, quia non credebatur dictis eius ibidem, recessit inde, thesaurum impretiabilem, licet ignotum, secum gerens.

Habuit autem dictus capellanus duos filios parvulos, de quorum sustentatione & cura nimis erat sollicitus, qua curiositate ductus, in pluribus monasteriis tali conditione predictam obtulit crucem, ut ipse & filij eius reciperentur ad ordinem monachatus; qui, cum multis in locis inter divites repulsam passus fuisset, venit tandem ad cellam quandam, que Bromholm nuncupatur, pauperrimam & edificiis omnimodis destitutam, in territorio Norfolcensi sitam, &, accessito ad se priore cum quibusdam de fratribus, ostendit eis crucem supradictam, que duplici ligno ex transverso fuerat fabricata, habens fere

longitudinem manus humane, & rogavit humiliter, quatenus cum ipſa cruce & aliis reliquiis quas habebat, ipſum & filios ſuos reciperent ad ordinem monachorum. Prior vero & fratres eius de tanto exhilarati theſauro, illico, procurante Domino, qui honeſtam ſemper ampleƈtitur paupertatem, diƈtis capellani adhibuerunt fidem, & Lignum Dominicum reverenter accipientes, detulerunt illud in oratorium ſuum, & cum quanta potuerunt devotione in loco honeſtiſſimo ſervaverunt.

Hoc denique anno, ut prediƈtum eſt, ceperunt divina celebrari miracula, ad laudem & gloriam vivifice Crucis, in monaſterio prediƈto, ubi mortuis vita, cecis viſus, claudis greſſus reſtituitur, leproſis caro munda donatur, obſeſſi a demonibus liberantur, & quicumque infirmus cum fide ad Lignum prediƈtum acceſſerit, incolumis & ſanus recedit. Frequenter autem adoratur & colitur crux prefata non ſolum a gente Anglicana, verum etiam ab omnibus de regionibus longe poſitis, &, qui de illa divina audierunt miracula, devotiſſime venerantur.

74. *Chronicon ſive annales prioratus de Dunſtaple* (- 1297).

[Ed. Hearne, Oxon. 1733, in-8, I.]

158 ... Eodem anno [1225], multiplicata ſunt miracula apud *Veram Crucem* de Bromholm, que fuerat Baldewini, imperatoris Conſtantinopolitani; & quam ab eo accepit quidam capellanus ſuus anglicus, & eam in Angliam attulit, & loco contulit memorato.

* * *

VI

DE RELIQUIIS IN SCANDINAVIAM ADVECTIS.

75. ISLENZKIR ANNALAR.

(*Annales Iſlandici.*)

[Ed. Arn.-Magn., Hafniæ 1847, in-4.]

..... [1273] Ión erkibiſkup kom i land, met *hlut af thornkrúnu* vors Herra p. 12
Ieſu-Kriſti, er herra Philippus, konúngr af Frans, ſendi Magnúſi konúngi, ok braut ſkip ſitt næſta drottinſdag eptir Allraheilagrameſſu, i Eidſvogi fyrir nordan Björgyn, ok á fryadaginn eptir in feſto Theodori, lét Magnús konúngr gjöra proceſſionen af Poſtula kirkju imóti helgum dómunum, ok ſaung Ión erkibiſkup meſſu hátidlega...

[1274] Lèt Magnúſs konúngr ſetja kirkjugrundvóll i graſgardi ſinum i Björgyn.

[... *Iohannes archiepiſcopus rediit in terram, cum* parte Coronæ ſpineæ *Domini noſtri Ieſu-Chriſti, quam dominus Philippus, rex Franciæ, mittebat regi Magno, & perdidit navem ſuam die dominica poſt feſtum Omnium Sanctorum in ſinu Eidenſi, a borea Bergarum, & die veneris inſequente, feſto nempe Theodori, rex Magnus proceſſionem ab eccleſia Apoſtolorum, obviam ſanctis pignoribus faciendam, curavit, & Iohannes archiepiſcopus miſſam cantavit ſolemnem....*

Rex Magnus eccleſiæ fundamenta iecit in horto ſuo, Bergis.]

C

KALENDARIUM

FESTORUM

RELIQUIAS CONSTANTINOPOLITANAS

IN OCCIDENTEM SÆC. XIII TRANSLATAS,

COMMEMORANTIUM

ABBREVIATIONES

Lh. Officium cum lectionibus historicis.
Lo. » » » e *Scriptura* occurrente, seu *Vitis sanctorum*.
Lp. » deperditum.
* Festa, translationes, quas nostram ad rem spectare non plane liquet, commemorantia.

Ianuarius

Dies	Loca	Festorum tituli	Annus transl.	Ritus fest.	Testimonia	
15	VESONTIONI	* *Translatio cranij s. Iohannis Calybitæ.*	1208	?	Saussayus, *Martyrologium Gallicanum*, 40.	?
19	VENETIIS	*Translatio s. Luciæ.*	1205	?	Cornel., *Eccl. Venetæ ant. monum.*, XIII, 348.	Lp.
27	ROMÆ	* *Translatio s. Iohannis Chrysostomi.*	?	?	*Martyr. Rom.* ad d.; *AA. SS. Boll.*, Ian., III, 376.	?
»	PARISIUS (Bernard.)	* *Ostensio capitis eiusdem.*	1242-57		Saussayus, 1083.	?

Februarius

Dies	Loca	Festorum tituli	Annus transl.	Ritus fest.	Testimonia	
3	MELODUNO	* *Veneratio reliq. ſ. Blaſij.*	?	?	Sauſſayus, 92.	Lp.
»	BORTO	» *ſ. Germani C. P.*	?	?	» 1086.	»
7	VENETIIS	*Feſtum ſ. Theodori Heracleenſis.*	1267	?	Cornelius, XIII, 355.	Lh.
18	COLONIÆ	*Suſceptio capitis ſ. Pantaleonis.*	1208	?	*Martyrol.* (Colon. 1490) ad d.; *AA. SS.*, Febr., III, 54, 173.	Lp.
19	VENETIIS	* *Inv. corporis ſ. Eutychij C. P.*	1246	Sem. dupl.	Cornelius, XIII, 356.	?
20	»	*Feſtum ſ. Pauli Protoeremitæ.*	1241	?	» XIII, 346.	?
23	VERCELLIS	*Tranſitio ſ. Coronæ.*	1239	?	Sauſſayus, 1093.	?

Martius

Dies	*Loca*	*Festorum tituli*	*Annus transl.*	*Ritus fest.*	*Testimonia*	
11	VENETIIS	*Festum Sanguinis Dominici (priscum).*	1205	Dupl. maj.	*AA. SS.* Mart. II, 101.	?
24	PARISIUS (S. Cap.)	*Ostensio Lintei Praecinctionis.*	1241-6	?	Saussayus, 1099.	?
25	» »	» *Instrumentorum Passionis.*	»	?	» 1100.	?
ij^m v.	VENETIIS	*Festum spinarum s. Coronae.*	1239	Dupl. maj.	Cornelius, XIII, 411.	?
iij^m v.	»	» *Sanguinis Christi.*	1205	»	Idem *Ibid.*	?

Aprilis

Dies	Loca	Festorum tituli	Annus transl.	Ritus fest.	Testimonia	
8	S. DIONYSIO-IN-G.	*Ostensio s. Dionysij Corinthiaci.*	1216	?	Félibien, *Hist. de S. Denys*, 220.	Lp.
16	VENETIIS	*Translatio s. Isidori Chiensis.*	1380	Dupl.	Cornelius, XIII, 360.	?
18	AUTISSIODORO	* *Dedicatio altaris S. Stephani.*	?	?	Molanus, *Auctar. Usuardi* ad d.; *AA. SS.* Apr. II, 519.	Lp.
20	COLONIÆ	*Commemoratio s. Pantaleonis.*	1208	?	Browerius, *Ann. Trevir.*, II, 104.	?
22	VENETIIS	*Translatio s. Eutychij (nova).*	1246	?	Maurolycus, *Martyr. Rom.* ad d.; *AA.SS.* Ap. III	?
24	BELLOVACO	*Adventus reliquiarum.*	1205	?	*Breviar. ant. Bellovac.* ad d.	
26	PARISIUS	*Dedicatio S. Capellæ*	1248	Dupl.	Morand, *Se Chapelle*, 68.	Lo.

Maius

Dies	*Loca*	*Festorum tituli*	*Annus transl.*	*Ritus fest.*	*Testimonia*	
2	VENETIIS	*Translatio s. Eutychij (prisca).*	1246	?	*AA. SS.* Mai., I, 169.	Lp.
3	VESONTIONI	* *Festum sodalitatis S. Sudarij.*	?	?	Carles, *Hist. du s. Suaire*, p. 200.	?
»	ALEXANDRIA	*Ostensio veræ Crucis (nova).*	1208	Dupl.	Schiavina (G.), p. 140.	Lp.
4	TRECIS	*Festum s. Helenæ Athyrensis.*	1205	»	Lalore, *Probationes*, p. 18.	Lh.
»	GERMANIA (IN)	* » *Coronæ, Lanceæ & Clavorum.*	?	?	*AA. SS.* Mai., IV, 441.	?
7	NOVIGENTO	* *Festum cerebri s. Iohannis Baptistæ.*	?	?	*AA. SS.* Mai., II, 132.	?
8	AMALPHIÆ	*Adventus corporis s. Andreæ.*	1208	Dupl. maj.	(Supra II, p. 91.)	Lo.
12	LEMOVICIS	*Transitio corporis s. Germani C. P.*	?	?	Sauffayus, 1117.	?
14	VENETIIS	*Translatio s. Eutychij (alia).*	1246	Dupl.	Cornelius, XIII, 366.	?
19	VENETIIS	*Translatio s. Iohannis Alexandrini.*	1214	Dupl.	Cornelius, XIII, 367.	?
21	VENETIIS	*Translatio s. Pauli martyris (prisca).*	1222	?	Id. *Ibid.*	?
»	»	» *s. Helenæ (prisca).*	1211	?	» IX, 181.	?
24	VENETIIS	*Translatio s. Pauli martyris (nova).*	1222	Sem. dupl.	Cornelius, XIII, 368.	Lh.

Iunius

Dies	Loca	Festorum tituli	Annus transl.	Ritus fest.	Testimonia	
7	VENETIIS	*Festum s. Pauli Constantinopolitani.*	1226	Sem. dup.	Cornelius, XIII, 370.	?
11	ROMA	* *Translatio s. Gregorij Nazianzeni.*	?	?	*Martyr. Rom.* ad d.; *AA. SS.*, Inn. II, 413.	Lp.
17	CORBELÆ	*Exceptio reliquiarum LIV* (Roberti de Clariaco).	c. 1213	?	*Mart. Corb.* (d. Bonnefons, II, 42); *AA. SS.*, Iun., IV, 212.	Lp.
27	SUESSIONI (S. Ioh. ad Vin.)	*Translatio brachij s. Iohannis B.*	1205	?	Du Cange, *Chef de s. Jean*, 181.	Lp.

Iulius

Dies	*Loca*	*Festorum tituli*	*Annus transl.*	*Ritus fest.*	*Testimonia*	
3	SUESSIONI	*Translatio capitis & digiti s. Thomæ.*	1205	Dupl.	Saussayus, *Martyr.*, 411; *Brev. Suess.*, f° xxxix r°.	?
5	BORTO	*Susceptio corporis s. Germani.*	?	?	(Supra II, p. 6-8); *AA. SS.* Mai., III, 154, 678.	Lh.
11	VESONTIONI	* *Festum s. Sudarij.*	?	Dupl. ij cl.	Rohaut de Fleury, *Instr. de la Passion*, 310.	?
16	INSULÆ	*Festum oblationis s. Crucis.*	?	?	*Reliques de N. D. de la Treille*, 12.	Lh.
17	PARISIUS (S. Vict.)	*Susceptio rel. s. Victoris (prisca).*	1212	?	*Brev. S. Victoris* (P. Bibl. n., lat. 14811) ad d.	Lp.
»	VENETIIS	*Translatio corporis s. Marinæ.*	1230	Dupl.	Cornelius, XIII, 377.	?
23	PARISIUS (S. Vict.)	*Susceptio rel. s. Victoris (nova).*	1212	Dupl. maj.	*Officia propria S. Victoris*, ad d.	Lh.
27	CLUNIACO	*Advectio capitis s. Clementis papæ.*	1208	?	Saussayus, 922; *AA. SS.*, Iul. VI, 352.	Lp.

Augustus

Dies	*Loca*	*Festorum tituli*	*Annus transl.*	*Ritus fest.*	*Testimonia*	
2	PARISIUS (S. V.)				*Officia propria S. Vict.* (1623) ad d.	Lh.
9	TRECIS	*Adventus s. Coronæ.*	1239	Dupl.	Lalore, p. 26.	?
11	PARISIUS	*Susceptio s. Coronæ.*	1239	Dupl. maj.	*Breviaria Paris.* ad d.	Lo.
17	HALBERSTADIO	*Adventus reliquiarum de Græcia.*	1205	Dupl. maj.	(Supra, II, p. 21.)	Lo.
18	LÆTIIS	*Veneratio s. Agapiti.*	1206	?	Brasseur, *Cimeliarchum Lætiense*, p. 12.	Lp.
29	LONGO-PRATO	*Adventus reliq. Constantinopolitanarum.*	1205	Dupl.	(Supra, II, p. 20.)	Lh.
31	SUESSIONI (S. M.)	*Veneratio zonæ B. M. V.*	1205	?	Saussayus, 567.	?

September

Dies	Loca	*Festorum tituli*	*Annus transl.*	*Ritus fest.*	*Testimonia*	
1	VENETIIS	*Translatio s. Marinæ* (*alia*).	1230	?	*AA. SS.* Sept. I, p.3.	
8	CADUINO	* *Ostensio s. Sudarij.*	c. 1210		*Kalendarium Cisterc.* (P. 1689, 4°) ad d.	?
30	PARISIUS	*Adventus reliquiarum Passionis.*	1241-6	Dupl.	*Breviaria Paris.* ad d.	Lh.

October

Dies	Loca	Festorum tituli	Annus transl.	Ritus fest.	Testimonia	
Dom. p. 6	SUESSIONI	*Festum magnum reliquiarum C.P.* (*priscum*)	1205	Dupl. maj.	*Breviar. Suess.* (f. XVI), ff. 97-100.	Lo.
7	TRAIECTO ad M.	*Allatio s. Crucis.*	1206	»	Bock & Willemsen, 245.	Lp.
8	VENETIIS	*Translatio s. Simeonis.*	1205	?	Cornelius, XIII, 394.	?
10	LINGONIBUS	*Translatio rel. s. Mamantis* (*prisc.*)	1208	Dupl. maj.	*Breviaria ant. Lingon.* ad d.	Lh.
11	CATALAUNO	*Adventus cubiti s. Stephani* (*nov.*)	1205	III dupl.	*Breviarium Catal.* (1570), p. æstiv., p. 80.	Lo.
Dom. a. 18	LÆTIIS	*Festum reliquiarum C. P.* (*novum*).	1206	?	Brasseur, p. 12.	?
18	CORBELÆ	*Veneratio s. Iconis* (Rob. de Clariaco)	c. 1206	?	Saussayus, p. 75.	?

November

Dies	Loca	Festorum tituli	Annus transl.	Ritus fest.	Testimonia	
8	LINGONIBUS	*Susceptio rel. s. Mamantis (nova).*	1208	Dupl. maj.	*Brev. Lingonense* ad d.	Lh.
8	BERGIS NORV.	*Festum s. Coronæ (Tórnkronmessa).*	1273	Dupl.	» *Nidrosiense* ad d.	Lh.
28	VENETIIS	* *Translatio s. Nicetæ martyris.*	?	Sem. dupl.	Cornelius, XII, 404.	?

December

Dies	Loca	Festorum tituli	Annus transl.	Ritus fest.	Testimonia	
1	LÆTIIS	*Adventus reliquiarum C. P.*	1206	?	Molanus, *Auctar. Usuardi*, ad d.	Lh.
2	ANDEGAVO	*Receptio brachij s. Mauritij.*	?	Sem. dupl.	Saussayus, 964.	Lh.
3	AMBIANO	*Ostensio faciei s. Iohannis-B.*	1206		Viseur, p. 60.	
4	VENETIIS	*Translatio s. Barbaræ.*	1258	Dupl. min.	Cornelius, XIII, p. 405.	?
9	PARISIUS (Alsat.)	*Adventus reliquiarum C. P.*	1205	?	Grandidier, *Vues de l'Als., Pairis*, p. 15.	Lp.
13	AMBIANIS	*Receptio faciei s. s. Iohannis-B.* (1746)	1206	Dupl.	*Brev. Ambian.* (1746), ad d.	Lh.
17	AMBIANIS	*Receptio faciei s. Iohannis-B.* (*prisca*).	1206	Dupl. maj.	Supra, II, p. 26.	Lh.
21	PARISIUS (S. M.)	* *Susceptio reliq.* (*C. P.?*)	1205 ?	?	Saussayus, 968.	?

Festa mobilia

Dies	Loca	Festorum tituli	Annus transl.	Ritus fest.	Testimonia	
Cœn. Domini	VENETIIS	*Ostensio s. Sanguinis.*	1205	?	Supra, II, 268.	?
Parascev.	ALEXANDRIÆ	*Ostensio veræ Crucis.*	1208	?	Schiavina (G.), p. 140.	?
v. fer. p. Quasim.	NAMURCO	*Festum reliquiarum C. P.*	1206	Dupl.	*Brev. Leodiense* ad d.	Lo.
ij dom. p. Pasch.	CADUINO	* *Ostensio s. Sudarij.*	c. 1210	?	Carles, p. 144.	?
Vig. Ascens.	VENETIIS	*Ostensio s. Sanguinis.*	1205	?	Supra, II, 268.	
dom.infr.oct.Asc.	TRECIS	*Festum magnum reliq. C. P.*	1205	Dupl. maj.	Lalore, p. 20.	Lo.
»	SUESSIONI	*Festum magnum reliq. C.P. (novum)*	1205	»	*Breviar. Suess.* ad d.	Lo.
iij fer. p. Pent.	VENETIIS	*Translatio s. Helenæ (nova).*	1211	?	Cornelius, IX, 180.	?
»	SELINCURTO	*Adventus s. Lachrymæ.*	1209	?	Le Merchier, *Hist. de la s. Larme*, p. 41.	?
Infra oct. Corp.C.	LÆTIIS	*Festum reliq. C. P. (priscum).*	1206	?	Brasseur, p. 12.	Lp.
Die incerta	CISTERTIO	*Receptio brachij s. Iohannis-B.*	1263	?	D'Achery, *Spicilegium*, XIII, p. 346.	Lp.

ADDENDA ET EMENDANDA

*

AD TOMUM I.

P. xiij, l. 22; placée, *l.* placées. — *P. xxiv, not.* 1 : *pp.* 164 & *s.*: *l.* pp. 150, 165. — *P. lxvj, l.* 18 : s. Philippe, *l.* s. George. — *P. cil, n.* 1, *adde* : & par Jean sans Terre (1208) à Pierre Girard, ambassadeur de l'empereur Henri (Rymer, *Fœdera*, I, 1, p. 99). — *P. cl, l.* 18 : bras, *l.* côte. — *P. clvij, l.* 15 : nous avons déjà vu, *l.* : nous verrons plus loin. — *P. clxx, l.* 10 : s. Nicolas, *l.* : s. Jean-Baptiste. — *P. clxxj, n.* 2, *adde* : *Hist. litt. de la France*, XXI, 788. — *P. clxxxij, n.* 5, *add.* : *Voy. de II Bénédictins*, I, 223. — *P. clxxxix*, l. 14 : bras, *l.* : corps. — *P.* 11, *l.* 17 : 15, *l.* 13. — *P.* 45, *not.* 2 : Codices S. Capellæ, *l.* : Codices Parisienses, lat. 745 & 15182. — *P.* 59, *l.* 23 : nolo, *l.* : volo. — *P.* 61, *v.* 3 : decerta, *l.* : de certa. — *P.* 65, *l.* : 20 velle, *l.* nolle ; *l.* 22 : estratio, *l.* : est ratio. — *P.* 69, *l.* 26 : sic, *l.* : sit. — *P.* 81, *l.* 10 : certa, *l.* : certi. — *P.* 88, *l.* 18 : Illam, *l.* illa ; *l.* 20 : detenti, *l.* decenni (?). — *P.* 117, *l.* 16 : summe, *l.* : fine. — *P.* 124, *l.* 5 : vocabulo, *l.* : vocabula ; *l. ult.* : iste, *l.* : isti. — *P.* 126, *l.* 6 : multaque, *l.* : multa cum ; *l.* 16 : urbe, *l.* : orbe. — *P.* 133, *l.* 13 : efferatis, *l.* : esseratis. — *P.* 157, *l.* 27 : Theodore, *l.* : Theodoro. — *Pp.* 158-161 : *dele dies in marginibus inscriptas.* — *P.* 179, *l.* 3 : 1310, *l.* : 1350. — *P.* 187, *l.* 10 *retr.* : circumsepta, *l.* : circumsepte.

AD TOMUM II.

P. 8, *l.* 23 : Hinc alij prediis, *l.* : Hinc alij privilegiis, alij prediis. — *P.* 26, *l.* 5 : xxj, *l.* : xvij. — *P.* 53, *pro lin.* 12-14, *l.* : Turzanus (Fr.), *Incisæ memoriæ*, p. 37 ; Molinari, *St. d'Incisa*, I, 195-199 ; Michaud, *Hist. des Cr.*, III, 615-616, & seq. ed. ; — La Farina, *Studi*, p. 700 ; — *R. des Q. hist.*, XXI, pp. 158-159. — *P.* 57, *l.* 3 : W[illelmus] Portus [Veneris], *l.* : W[illelmus] Porcus. — *P.* 74, *l.* 12 : delictionis, *l.* : dilectionis. — *P.* 81, *l.* 12, *add.* : — Steyert, *Arm. du Lyonnais*, 22. — *P.* 83 *n.* : quem, *l.* : quod. — *P.* 97, *l.* 2 : xxxv, *l.* : xxv ; — *n.* 1 : recensitur, *l.* : recensetur. — *P.* 99, *l.* 1 : 1215, 3 jun., *l.* : 1224-1232. — *P.* 113, *l.* 12 : Guillelmi, *l.* : G[alfridi]. — *P.* 117, *l.* 4 : xxxv, *l.* xxxIII.

— *P.* 139, *n.* 1 : contulimus, *l.* : collata est. — *P.* 141, *l.* 19 : induit, *l.* : indicit. — *P.* 142, *l.* 2 : de hac donatione, *l.* : de donatione Ludovici IX. — *P.* 144, *l.* 18 : leus, *l.* : iors (?). — *P.* 180, *l.* 4 : 1866, *l.* : 1836. — *P.* 197, *l.* 4 *retr.* : edita, *l.* : edito. — *P.* 203, *ll.* 8 & 9 : *dele numeros* 2, 3, 4. — *P.* 249, *l.* 3 *retr.*, *adde* : Ed. Julliot, Sen. 1876, in-8, p. 514. — *P.* 261, *ultima lin.* : delata, *l.* : delate.

* * *

INDEX

LIBRORUM ALIQUOT,

VEL IN TITULIS DIPLOMATUM, VEL IN KALENDARIO,

abbreviatim citatorum.

* * *

BULÆUS (C.), *Historia universitatis Parisiensis* (Paris, 1665-1673, 6 vol. in-fol.).
BUZELINUS, *Gallo-Flandria* (Duaci, 1615, in-fol.).
CAMERA, *Istoria di Amalfi* (Napoli, 1836, in-8).
CAMUSAT, *Promptuarium sacræ antiquitatis Tricassin. diæcesis* (Trecis, 1610), in-8.
CARDEVACQUES (de), *Histoire du Mont S. Eloy* (Paris, 1862, in-4).
CARLES (P.), *Histoire du S. Suaire de Cadouin* (Périgueux, 1875, in-8).
Cartulaire de Notre-Dame de Paris, éd. Guérard (Paris, 1850, 4 vol. in-4).
Cartulaire de Notre-Dame de Chartres, éd. Lépinois & Merlet (Chartres, 1865, 3 v. in-8).
COLLIETTE, *Mémoires de Vermandois* (Cambrai, 1772, in-4).
CORNELIUS (Flaminius), *Ecclesiæ venetæ monumenta* (Venetiæ, 1749, 18 vol. in-4).
CORROZET (G.), *Antiquités de Paris* (Paris, 1561 & 1588, in-8).
COUSIN, *Histoire de Tournay* (Douay, 1619, 4 vol. in-4).
CROS, *Vie intime de saint Louis* (Paris, 1872, in-12).
DES GUERROIS, *Sainteté chrestienne* (Troyes, 1637, in-4).
DESMAZE, *La Sainte-Chapelle* (Paris, 1873, in-12).
DORMAY, *Histoire de la ville de Soissons* (Soissons, 1663-1664, 2 vol. in-4).
DOUBLET, *Histoire de Saint-Denys* (Paris, 1625, in-4).
DU BOIS (G.), *Historia ecclesiastica Parisiensis* (Paris, 1690-1710, 2 vol. in-fol.).
DU BOUCHET, *Histoire généalogique de la maison de Courtenay* (Paris, 1660, in-fol.).
DU BREUL, *Théâtre des antiquités de Paris* (Paris, 1612, in-4).
DU CANGE, *Traité du chef de s. Jean-Baptiste* (Paris, 1665, in-4).
DURANDUS, *Rationale divinorum officiorum* (Neapoli, 1860, in-8).
EKKEHARDUS URAUGIENSIS, *Hierosolymita*, éd. Heinr. Hagenmeyer (Tübingen, 1877, in-8).
FEIJER (G.), *Codex diplomaticus Hungariæ* (Pesth, 1829-1866, 11 vol. in-8).
FÉLIBIEN, *Histoire de l'abbaye de St-Denys* (Paris, 1706, in-fol.).
FERRANDUS, *Disquisitio relliquiaria* (Lugduni, 1647, in-4).
FISENIUS (Barth.), *Sancta Legia* (Leod., 1696, in-fol.).
GALLIOT, *Histoire de Namur* (Liége, 1790, 5 vol. in-12).
GELENIUS, *De magnitudine Coloniæ* (Colon., 1645, in-4).
GERMAIN (D.), *Histoire de Notre-Dame de Soissons* (Paris, 1675, in-4).
GHILINI, *Annali di Alessandria* (Milano, 1666, in-fol.).
GISSEY, *Histoire de Notre-Dame du Puy* (Lyon, 1620, in-12).
GOSSELIN, *Notice sur la sainte Couronne d'épines* (Paris, 1828, in-8).
GOUSSET (Cardinal), *Actes de la province de Reims* (Reims, 1842, 4 vol. in-4).
GRANDIDIER, *Vues de l'Alsace* (Strasbourg, 1785-1790, 7 vol. in-4).
GRETSERUS (J.), *Tomus tertius de s. Cruce* (Ingolstadt, 1609, in-4).

GROSLEY, *Œuvres inédites* (Paris, 1812, in-8).
GUNTHER, *Codex rheno-mosellanus* (Coblenz, 1822-1826, 6 vol. in-8).
HAGENMEYER, v. EKKEHARDUS.
Hispania illustrata, v. SCHOTT.
HOZIER (d'), *Armorial* (Paris, 1763-1768, 10 fol. in-fol.).
HUGO (Franc.), *Sacræ antiquitatis vetera monumenta* (Stivagii, 1725-1731, 2 vol. in-fol.).
Kalendarium Cisterciense (Paris., 1689, in-4).
KATONA (St.), *Historia critica regum Hungariæ* (Pestini, 1779-1802, 42 vol. in-8).
LACOMBLET (Th.), *Urkunden für die Geschichte des Niederrheins* (Düsseldorf, 1846, in-4).
LA FARINA, *Studi del secolo XIII*, parte ist. (Bastia, 1857, in-8).
LALORE (Ch.), *Trésor de Clairvaux* (Paris, 1873, in-8).
— *Probationes cultus SS. diœcesis Trecensis* (Trecis, 1870, in-4).
LE MERCHIER (S.). *Histoire de la sainte Larme de Sélincourt* (Amiens, 1707, in-12).
LOISEL, *Mémoires de Beauvais* (Paris, 1617, in-4).
LOUEN, *Histoire de St-Jean des Vignes* (Paris, 1710, in-12).
LOUVET, *Antiquités du diocèse de Beauvais* (Beauvais, 1635, 2 vol. in-8).
MALINGRE, *Antiquités de Paris* (Paris, 1640, in-fol.).
Mandatum suessionense, ed. Poquet (Paris., 1856, in-4).
MANGEART, *Catalogue des manuscrits de Valenciennes* (Paris, 1860, in-8).
MARLOT, *Metropolis Remensis historia* (Insulæ, 1666-1679, 3 vol. in-fol.).
Martyrologium Corbeiense, dans BONNEFONS, *Historia Corbeiensis* (Paris, Bibl. nat., lat. 17143).
Martyrologium romanum, ed. Baronius (Antw., 1613, in-fol.).
MAUROLYCUS, *Martyrologium* (Venet., 1564, in-4).
MEYNIS (Dom.), *Reliques de l'église de Lyon* (Lyon, 1865, in-8).
MIRÆUS, *Opera diplomatica* (Bruss., 1723, 3 vol. in-fol.)
— *Donationes belgicæ* (Bruss., 1624, in-4).
— *Notitia ecclesiarum Belgii* (Antw., 1630, in-4).
Mittheilungen (Neue) des thüringisch-sächsischen Vereins (Halle, in-8).
MOLANUS, *Indiculus sanctorum Belgii* (Lovanii, 1593, in-8).
— *Auctarium Usuardi* (Lovanii, 1568, in-8).
MOLINARI, *Storia d'Incisa* (Asti, 1810, 2 vol. in-8).
MORAND, *Histoire de la Ste-Chapelle* (Paris, 1790, in-4).
Necrologium Carnotense, v. *Cartulaire de Chartres*.
Notice sur la sainte Couronne d'épines, v. GOSSELIN.
Obituarium Lugdunensis ecclesiæ, ed. Guigue (Lugduni, 1867, in-4).
Officia propria s. Victoris (Paris., 1623, 1738, in-12).
OUTREMAN (J. d'), *Constantinopolis belgica* (Tornaci, 1643, in-4).
PACIAUDIUS, *De cultu s. Johannis-Baptistæ* (Romæ, 1750, in-4).
PANSA, *Istoria di Amalfi* (Napoli, 1724, in-4).
PEYRÉ (J.-F.), *Histoire de la première croisade* (Lyon, 1859, 2 vol. in-8).

Poquet, *Monographie de Longpont* (Paris, 1869, in-8).
Rayssius, *Hierogazophylacium Belgicum* (Duaci, 1628, in-12).
Reliques de l'église de Lyon, v. Meynis.
Reliques de Notre-Dame de la Treille (Lille, 1861, in-8).
Riedel, *Codex diplomaticus Brandenburgensis* (Berlin, 1867-1868, 3 vol. in-4).
Rohaut de Fleury, *Mémoire sur les instruments de la Passion* (Paris, 1872, in-4).
Saussay (Andreas du), *Martyrologium gallicanum* (Paris, 1638, 2 vol. in-fol.).
Sbaralea, *Bullarium franciscanum* (Romæ, 1759-1768, 4 vol. in-fol.).
Schiavina (Guill.), *Annales Alexandriæ*, dans les *Monumenta patriæ historica*, t. iv.
Schott (Andreas), *Hispania illustrata* (Francofurti, 1603-1608, 4 vol. in-fol.).
[Steyert (A.)], *Armorial général du Lyonnais* (Lyon, 1860, in-fol.).
Tafel & Thomas, *Urkunden zur Geschichte Venedigs* (Wien, 1856-1857, 3 vol. in-8).
Thiepolo (G.), *Trattato delle SS. reliquie di s. Marco* (Venezia, 1617, in-4).
Touron, *Hommes illustres de l'ordre de s. Dominique* (Paris, 1743-1749, 6 vol. in-4).
Trésor de Corbie (*Inventaire du*), éd. Dusevel (Amiens, 1861, in-12).
Turzanus (Franciscus), *Memoriæ Incisæ & Marchionatus* [Taurin. (Astæ), 1515 (cc. 1810)], in-8.
Vernon, *Vie de s. Louis* (Paris, 1662, in-4).
Viseur, *Recueil de la vie, mort, invention & miracles de s. Jean-Baptiste* (Amiens, 1649, in-12).
Voyage littéraire de deux bénédictins (Paris, 1717-1724, 2 vol. in-4).
Vreedius, *Genealogia comitum Flandriæ* (Brugis, 1642-1643, 2 vol. in-fol.).
Weerth (Aus'm), *Das Siegeskreuz der byzantinischen Kaiser* (Bonn, 1866, in-fol.).
Würdtwein, *Nova subsidia diplomatica* (Heidelberg, 1781-1792, 14 vol. in-8).

INDEX NOMINUM ET RERUM[1]

A

[1] Ne, in hoc indice, uniuscuiusque sancti multiplicia membra sint miraculo, non prætereundum est voces, quæ membra ista designant, synecdochicum in modum ita enuntiatas esse, ut, *caput*, verbi gratia, fere nunquam *cranium* indicet *totum*, sed potius fragmentum (& id sæpissimè minusculum) cranii, in theca ad effigiem capitis integri fabrefacta, absconditum.

B

C

D

E

G

H

I, J

K

L

N

O

P

Q

R

S

U

V

IMPRESSVM FELICITER GENEVÆ

TYPIS J. G. FICK

ANNO DOMINI

M. D. CCC. LXX. VIII.

*

LAVS DEO

AB EODEM EDITA.

I HAYMARI MONACHI *De expugnata Accone liber tetrastichus.* — Lugduni, Ludov. Perrin, 1866, lxiv-124 pp. in-8° (200 ex.).

II ROBERS DE CLARI, *Li estoires de chiaus qui conquisent Constantinoble.* — Paris, Jouaust, 1868, 88 pp. in-4° (50 ex.).

III PETRI CASINENSIS *Liber de locis sanctis.* — Neapol., typis Unionis, 1870, xxiv-48 pp. in-8° (99 ex.).

IV THADEI NEAPOLITANI *Hystoria de desolacione civitatis Acconensis,* MCCXCI. — Genevæ, J. G. Fick, 1874, xxiv-72 pp. in-8° (300 ex.).

V GUNTHERI PARISIENSIS *Historia Constantinopolitana.* — Genevæ, J. G. Fick, 1875, xxiv-104 pp. in-8° (150 ex.).

VI ALEXIJ I COMNENI *Ad Robertum Flandrensem epistola spuria* (MXCII). — Genevæ, J. G. Fick, 1877, 12 pp. in-4° (24 ex.).


EN TOVT BIEN